




~~Sal. Mann~~
24530

I Mag. St. Dr.

P



24530

I

D.

75 cent

~~Hist. vol. 80~~

1894. w. 160.

Pierwsza edycja wyszła 1721.

80

721.
IMAGINES
PRINCIPUM,
REGUMQUE
POLONIÆ.

Politicis dogmatibus, phalerisq;
Poëtarum adumbratæ:

Nuper

THESIBUS PHILOSOPHICIS

a

P. CAROLO BARTOLT


Societatis JESU

APPENSÆ,


nunc

ypis Collegij Varsaviensis S. J.

RECUSÆ.



Anno Domini MDCCXXXI



Exempla movent.

PROLOQUIUM.



Fridericus Imperator, iconem Ferdinandi Progenitoris sui è collo pendulam gestans, illis te identidè animabat vocibus: *Expergiscere tandem, expergiscere ad tacitas has voces Friderice, Et aliquid dignum Ferdinandi Filio aggredere.*

Græca Respublica suorum Principum sculpebat Imagines, refert Rosinus l. 7. antiquit: Roman: c. 21. p. 1133. Ut scilicet (ait Aurelius Cassiodorus l. 6. epist: 7.) Imago Principum, subjectos videretur pascere per commercium.

Az

Velu-

Veluti simulacra quædam spirantia & actuosa, Maiorum vitas respicere oportet; probaq; illorum opera imitando, sua facere. *Basil: Set:*

Nullum præceptum, documentum nullum, res nulla, maiore caractere imprimi potest; quàm exemplum & mores patrij. Hi sunt quasi leges, quæ aptantur & conveniunt actionibus, discuntur oculis, inscribuntur animo. *Emman: Thesaurus l. 19. capitulo 2. p. 764. in Philof: Morali.*

In actis Prædecessorum prudens invenit; unde sapientior fiat: bellator reperit, unde animi virtute roboretur. *Cassiod.* Hinc Julius Cæsar conspicatus in Sicilia Imaginem Alexandri Magni, & gestorum ejus, dum in lacrymas solveretur; causam lacrymarum reddidit: quòd ætate, qua Alexander orbem ferè totum debellaverit; nihil adhuc gloriosum fecerim

Scri-

Scribe laudes Marij, atq; Annibalidis, vel alterius Ducis optimi, vitâ functi; & dic, quid fecerit; ut nos eum imitemur. *Polcen: Nger ad Spartian.* Scripserunt Athenæ calamò; postquam scripisset ferrò Miltiades Atheniensium Dux, in cervicibus sexcentorum millium Persarum, à suis milibus undecim profligatorum victorias quæ ad eò magni illius imitatoris Alexandri incitaverant animû; ut multas insomnes duxerit noctes, inquitens: *me Miltiadis trophæa dormire non sinunt.* *Emman: Thesaurus ibidem p. 766.*

Optimi Oratores sunt Majorum exempla. Habent & facta suas linguas, ac tacitâ quâdam eloquentiâ ad quidvis citius & certius impellunt; quàm ullus sermo. Scilicet: Segnius irritant animos, demissa per aures: Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus; *Comptonus in Prometheo Christian.*
disp. 9. cap. 2. § 3.



Magnanimitas

DECAS PRIMA IMAGINUM.

IMAGO LECHI.



*V*ta PRINCIPUM Imago est, inquit Seneca. Primam itaq; omnium Ducum, Principum, ac Regum Polonorum Imaginem, in ò totius Poloniæ typum & prototypum, non coloribus, sed moribus expressum, exhibet in se primus Sarmaticæ Patriæ Pater, & Author Lechus. Hic (teste Gvagnino) ex Sclavonia oriundus, civiles motus, & interna suæ gentis exo-

As

lus

sus diffidia ad has partes, ubi nunc
 est Polonia secessi; atq; ad Vistu-
 lam, Anno Domini 550. sedem fixit.
 Et quia raro gubernationis principia
 sunt sine sermo; primum secundo
 Marte cum finitima Germaniæ gen-
 te, de limitibus iniit certamen: in
 quo Germanorum Regem, ad sin-
 gulare ab eo provocatus duellum,
 propria manu probavit esse mor-
 talem. Hungaros contra Mauriti-
 um Imperatorem, socijs iuvit armis.
 Altoinum Longobardorum Ducem,
 cum innumeris militum copijs, in
 fines ingressum, ferrò in Hunga-
 riam repressit; inde expulit in Ita-
 liam. Institutam à se desertis in
 campis Coloniam, vastam populo-
 samq; effecit Poloniam; sed absque
 manijs & arcibus: propriæ utpotè
 virtuti, & bellicis artibus confusus
 Lechus, campis in apertis bella ge-
 rebat. Hinc vel à campestri præ-
 lio.

lio, Polonis inditum nomen. Sile-
 fiam, Pruffiam, Pomeraniam, Hol-
 fatiam, Saxoniam, cæteraſq; ditio-
 nes occupavit armis, fundatiq; à ſe
 Imperij fines, ad Balticum uſquæ
 litus promovit. Ita certè auguſta
 ingentis animi magnitudo, unius regni
 anguſtij non capitur. Nescit in par-
 vis latitare terris, arduo niſu ſtabili-
 ta virtus: nescit in parvis habitare
 clauſi partibus orbis. Reliquit Primas
 Poloniæ Lechus. poſteritati docu-
 mentum, Reges & Regna non tam
 naſci, quàm fieri. Imò glorioſius eſſe,
 regnum nanciſci, quàm Regem naſci.
 Et quamvis ſummæ difficultatis eſt,
 magnis rebus dare principia; ardua
 enim ſunt rerum magnarum exordia:
 periliſſimi architecti eſt, jacere ingen-
 tiſ fabricæ fundamentum: nihilomi-
 nus nihil eſt ſeriò volenti difficile:
 multum poteſt, qui debet; ſed plus po-
 teſt, qui vult ſeriò. Ubi adeſt volun-

tas, evanescit difficultas. Et Syres
 audax, sperat sibi cedere virtus. Ve-
 lis, & audebis; imò velis, & poteris.
 Nihil Principum viribus, nihil Regum
 studijs est difficile. Primam regni sui
 urbem Gnelnam, ab Aquilarum ni-
 dis, hoc nomine nuncupatam, ere-
 xit. Ibiq; Aquilam candidam, ad
 volandum alas exsertantem conspi-
 catus, eam pro gentilitio Insigni, &
 ipse assumpsit, & toti Poloniæ, ad
 nominis immortalitatem volaturæ in-
 didit. Natam scilicet sub libero Jo-
 ve gentem, non alio stemmate, nisi
 armigerò Jovis Alite, voluit glori-
 ari. Præter fortitudinem Lechi,
 quâ invitæ fortunæ regnum eripu-
 it, & ipsa fata ad suum compulsi
 arbitrium: hæc sit virtutum ejus e-
 pitome. Ut re non solo nomine,
 se Patrem Patriæ probaret; vixit
 cum suis civibus, ut Parens cum
 filijs. Non ignarus, quòd plus a-
 more

more, quam rigore efficitur. Rebel-
 lare docet cives, qui semper terret.
 Extortus timor, & gravia reddit im-
 peria, & invisa. Bonus Princeps, non
 differt à bono patre. Indigna Prin-
 cipe appellatio, malus Dominus. Ma-
 lum Principem, cum iugo affueti sub-
 diti, volunt dicere Dominum, erro-
 re lingue appellant tyrannum. Nul-
 lis legum tabulis usus Lechus, solis
 duntaxat defœcatis suis moribus,
 novo jus dabat populo: scilicet in
 vulgus manent exempla Parentum.
 atq; Ducum lituos, sic mores castra se-
 quuntur. Sic agitur censura, & sic
 exempla petuntur; cum Princeps, pri-
 mo, quod iubet, ipse facit. Efficacis-
 sima lex est & morum norma, Prin-
 cipum vita. Exemplum Regis, est
 codex legis. Illuc concurrunt subdito-
 rum industria, & conatus; quod præ-
 cesserunt Imperatorum facta. Hæc
 felicissima est Principum conditio, ut
 quid.

quidquid faciant, præcipere videantur. Quod Princeps non valet imperiò, extorquet exemplò; Hoc habent præcipuum Principes, quod eorum acta, agendorum sint regulæ. Non sic lex animat populum, quàm vita regentis. Vita Regum, lex est, & lux subditorum. Censuræ & tributa nulla imposuit Lechus; ne novellæ gentis libertatem, quàm sancivit, vocaret in dubium. A subditis suis oblatum ultrò frugibus, Princeps frugi alebatur. Frugali mensa satur, nihil nisi hostium sanguinem sitiebat. In vita nihil habuit angustius, quàm natalis soli angustias gladiò ampliare. Cives arvis intentos, ab hostibus tuebatur armis; quo effecit, ut non magis terra vomere, quàm ipse amore coleretur. Postquam verò prognatum, ac adultum feliciter erexisset, ac rexisset; bellis & senio fractus, Gnesnæ mortalis esse de-

sijt. Si tamen eum mortalem fas est dicere; qui nihil in vita non gessit immortale. Scilicet hic mori nequit, cui vitam perennem barbaricæ peperere mortes. Immortale putata non en, quod gloria fati eximit: ipsa Ducis fama perennis erit. Quamdiu regnaverit? quot, & quosnam filios reliquerit? elingvis tum regni infantia eloqui ne civit; sua cunabula, pro pannis involvit silentio.

IMAGO VISIMIRI.

VEL inde prono cultu & vultu, veneranda VISIMIRI Imago; quod post Lechum re & nomine, secundus Princeps meruit numerari. Afferunt non pauci Lechum secundum, prioris filium, sceptrum tenuisse; sed hoc incertum: istud certius quod primi Lechi nepos Visimirus, sit visus mirus Princeps secundus, cum primus Polonum Mar-

tem

Clementia

tem doeuert naumachiam. Hic nam-
 que angustam Polonis esse tellurem
 ratus, bellum mari invexit; & cum
 Sivardo Daniæ Rege, navale inivit
 bellum. Nec fluctuavit inter ma-
 ris procellas ejus victoria. Sivar-
 dum enimverò, partim cæso, par-
 tim fuso ejus exercitu, ad fugam
 còégit. Filium ejus Jarmericum,
 inter victoriæ spolia cæpit; totum-
 que Daniæ regnum, ad solvendum
 sibi quotannis feudum compulit.
 Hanc servitutem, dum vindice fer-
 ro, advocatis in belli subsidium, Hol-
 landis & Svecis, Sivardus excutere
 tentat; iterato Marte à Visimiro
 victus, & in fugam actus, in phre-
 nesim incidit: tandem in spodium
 cessit Libitinae, magnam sui exerci-
 tûs cladem suâ morte complevit.
*Sic vindice ferro, qui ferit, ille pe-
 rit.* Jarmericus è Polono carcere
 liberatus, feudatario jure adstrictus,

Polonæ Reipublicæ egit vafallum. Porro Visimirus, superato hostium, & marinorum fluctuum tumore, nihil tumidè egit: nè quis ei illud, quod Archidamus Philippo, victoriâ insolescenti oggereret: *Metire umbram tuam, nihilò reperies auctiorem.* Optimus namq; Princeps, parem se omnibus putabat; quamvis cæteris tantò erat major, quantò erat melior. Et certè *augustius pretium est, non ad superbiæ fastum coronam gestare, sed ad universa civium commoda possidere.* Prodigium est Princeps felix, & non elatus: luxuriant animi, rebus plerumq; secundis. A magna fortuna non corrumpi, nec Herculi contigit. Rarus est qui victorij tumidus non insolescat. Ut opes nimias mundo, fortuna subactò intulit; & rebus mores cessère secundis. Superbia semper est vitium, rebus commune secundis. Cæterum enaviga-

tis mortis & maris scopulis Visimirus, totum sese commodis Patriæ, in victimam immolavit. Et ne in portu subiret naufragium; bono publico ad clavum imperij residens invigilabat. Et quamvis inconsultum est, per sua damna aliene consulere fortune; ordinatus enim amor, à se ipso incipit; non bene alijs prospicit, qui se prius non respexerit: male alienos rigat hortos, proprijs sitientibus: nihilominus Visimirus sui pæne oblitus, huic unicè intentus, nè quid Respublica detrimenti pateretur. Proprium illud sibi ratus: Patriæ impendere vitam; nec sibi, sed toti genitum se credere mundo. Equidem res intima felicitas est; nihil extraneum respicit; attamen dedecus regnantis est Reipublice calamitas. Non nobis solis nascimur, maximam nostri partem; vendicat Patria. Privatis Principum damnus, publica felicitas re-

dimenda. Cedunt in Regum lucra, effusa in bonum publicum dispendia. Non potest se beatum dicere; qui se tantum intuetur, omniaq; ad suas utilitates convertit. Alteri vivas, oportet. Nunquam publica private postponas commoda cause. Divide sublimes curas, teq; omnibus unum obijcias. Consule cunctis, non tibi, nec tua temoveant, sed publica damna. Deinde consulturus Republicæ commodis, Visimiriam urbem, mutuato à se nomine extruxit. Gedanum quoque (aliàs Dantiscum, ab insula ad Dani-
niam olim spectante, nuncupatum)
ex humilibus piscatorum casis, ad
promontorium Prussiz evexit, &
erexit. Ipse tandem prorogatis regni finibus, ultimum vitæ reperit. Quamdiu vixerit, & regnaverit? ignara literarum subticuit antiquitas. Majores namq; nostri aptiores factis, quàm factis conscribendis;
non

non calamô in pagina, sed ferreô
 stylô in hostium cervicibus nota-
 bant vulnera, & cicatrices.

IMAGO DUODECIM PALA-
 TINORUM. *Charr.*

Inordinatæ Republicæ imaginem,
 ne quæsieris alibi: in regnantibus
 duodecim Palatinis reperies. Qui
 eam privata promovendo studia, bo-
 num neglexerint publicum; docue-
 runt posteritatem, quidnam dedisce-
 re debeat: scilicet sua cuiq; utilitas,
 boni communis venenum est. Inutilis
 bono publico, qui suum duntaxat que-
 rit utile. Principum lucra, dispendia
 sunt communitatis. Malè pùblica cu-
 rat, qui sua pluris habet. Absonum
 est Principi, majorem sui, quàm suo-
 rum curam habere. Nihil est damno-
 sius bono publico; quàm privata cu-
 jusvis utilitas. Macilenta debet esse
 boni communis fortuna, ubi propria

commoda, privata aluntur obsequio.
 Non dilatantur merita, si inter plures
 non dividantur: non grandescunt lucra,
 si in manibus plurium non collocantur.
 Amantes Patriæ Patres, civium damna-
 sua censent esse dispendia. Solo tyran-
 ni nomine discrepat, privata quisquis
 commoda, publico præponit. Hi ita
 que Palatini non ad Palatinos fa-
 lices, sed ad tuum palatum nati, par-
 tam ferro & sanguine ab Anteces-
 soribus suis, Polonæ gentis gloriam:
 propriæ postposuere ambitioni. Di-
 dicit tum Polonia, ambitiosis homi-
 num manibus, nunquam tuto credi,
 integritatem boni publici. Non bene
 turba regit populum, Rex unicus esto,
 ubi multitudo, ibi confusio. Qui sce-
 ptra, plures dividit in manus, impen-
 diosæ damna luit spei. Imperium pro-
 pè amissum, si pluribus commissum:
 duobus imperantibus, obtemperat ne-
 mo. Nihil fiet tardius, quam dum

plures, aut omnes imperabunt. Unius Republicæ corpus, magnâ animandum mente, unius animo regendum. Soles olympus non patitur duos. Nulla fides regni socijs; omnisq; potestas impatiens consortis erit. Non fert secundum Cæsar, & æmulum Pompejus odit. Astra duos soles, phœnix duo corpora nescit; sit regnis Rex sol, sit Phœnix; astra senatus. Plura regnantium capita, rarâ in unum de bono communi sensum, & sententiam conveniunt. Non aliud discordantijs Patrie erat remedium, quàm si ab uno regeretur, inquit Tacitus. Remonstrârunt id duodeni Rectores, an diremptores Poloniæ, qui privatis acti dissidijs, gemmam regnorum, publicam Patriæ pacem icissam in partes, lugendam posteritati reliquere; sed optatam pro tunc Germaniæ, quæ in turbido piscando pactionem sortita Spartham, occupatas

Le.

Lecheis armis ditiones, nemine re-
sistente vindicavit. Hinc dum nihil
boni, nedum optimi, ab hoc discor-
di Optimatum regimine, viginti fe-
re annis, non tam libenter, quam
reverenter tolerato, speraret Res-
publica, in Gnesnensi us Comitijs
gubernandi potestatem ademi Pala-
tini, plurimum verita, ne aut bo-
ni communis integritas, inter malè
còalescentes regentium animos pe-
riret; aut tota Lechia hosti cede-
ret in rapinam. Atro procul dubio
stylo in fastis Ducum notandi Pa-
latini, qui collatos sibi fasces, pleni
fastu & astu, cum detrimento bo-
ni publici tenuerunt.

IMAGO CRACI.

Turbata, ac planè vastata discor-
di Palatinorum regimine Res-
publica, Craco Lechi Pronepoti
cessu gubernanda. Huis profecto se

Virtus.

te

re. se Purpura supplex obtulit, & Jolus
 nihil meruit regnare rogatus. Quamvis
 or. enim in Gnesnensibus Comitibus o-
 fe. mnium vota & sensus, in eum con-
 nam spirarunt unum; ille tamen vix eò
 Ref. precibus adduci potuit, ut grave re-
 gni pondus, innumeris supergra-
 ala. vatum malis, suis humeris accepta-
 bo. ret portandum; ratus feliciorē esse
 nalē sortem, alijs parere, quàm imperare;
 pe. subesse omnibus, quàm praeesse. Vi-
 ede. cit tamen demissi animi pertinaciam,
 bio. obstinatum poscentis Reipublicae vo-
 Pa. tum. Proculdubio luculentius tum
 leni patuit; quòd honor fugacem sequitur,
 bo. sequentem fugit: fugā gloriæ acqui-
 ritur gloria immortalitatis: honorifi-
 centius est, honorem fugere, quàm
 amplecti: honor per sui fugam nasci-
 tur: obviantibus Inter amplexus eva-
 nescit: amat se averfantes, odit aman-
 tes. Nihil est ditius virtute, nihil ho-
 noratius, fugiente honores; illa ostens-
 dit,

dit, qualis; hic, quantus quicquid sic
demonstrat. Eximia agnoscitur virtus,
ta, quæ rogari debet. Gloriosius esse
mereri magna, quam accipere. Magna
gnæ virtutis est, cum honoribus luctari
Cræcus factus Princeps, eò humili Pa
or, quò se minus dignum Principem ad
fascibus judicaret: rexit eò feliciter
quò remotior ab ambitu. Prima et
fuit cura, civiles componere motus
& domestica tollere diffidia. Non
ignarus, primum & unicum restaurandæ
dæ, ac conservandæ Reipublicæ, effigiam
instrumentum, civium unitatem. In
felix illa Reipublica, circa quam cive
athleticam, armorum & animorum
exercerent. Quidquid complexa uno
gremio servavit concordia; perdit id
sensuum discordia. Necesse amicitia
quidquid discordia solvit. Regna per
concordiam currunt ad hostem. Solvi
tur Reipublica, dum dividitur. Non
plura medicorum diffidio funera, quam

sic corrupta discordia victoriæ numeran-
 virtut. Concordes cædunt hostem, di-
 s ejscordes cedunt hosti. Scissos Reipu-
 Ma blicæ Ordines, reductos in ordinem,
 Flari novis firmavit legibus; Gallos per
 mili Pannoniæ fines, in Poloniæ limites
 penad prædam effulos, ita Gallicanus
 cius Hercules Cracus profligavit felici-
 na eter; ut nihil nisi mortes & cicatri-
 otus ces, in ipolum cefferint Gallis. Ger-
 Normanos, Gnesæ dominium suum ni-
 ura dificantes, avium instar expulit, su-
 effigavitque. Romanos repetitis ar-
 In mis vicit, famâ autem victoriosâ
 cive Bohemos, qui ultrò regnum suum,
 rum Craci submiserunt imperio. Sicque
 uno Cracus victor famosus, non tamen
 it id fumosus, victricibus de hoste repor-
 titia tatis onustus laureis, us onustior fi-
 per eret, domesticorum quoq; vitijs in-
 olvi dixit bellum. Quos precibus &
 Non præmijs, ad bonum pacis non fle-
 udm xit, plexit armis & suppliciò. Opti-
 r. mè

mè conscius, quòd nocet bonis, quòd
 parcit malis. Dum tolerantur malo-
 rum culpæ, etiam optimi corrumpun-
 tur. Scelestus ipse est, qui cum pos-
 sit, & debeat, non succidit. Fove-
 vitia, quisquis parcit sceleratis. Non
 culpa culpam trahat, pœna statuatur.
 Tum crimen crimini succedit, quan-
 do prius est inultum. Unum dissimu-
 latum crimen plurium est semen se-
 cuturorum. Vires criminum dum a-
 dolescunt, ipsâ patientiâ Superiorum
 fiunt propè legitimæ. Multos trahit
 in vitium, non castigata delinquen-
 dentia. Interim tamen, quia tam
 omnibus ignoscere, quàm nulli parce-
 re crudelitas est, aut nonnullis in-
 dulset, aut rigorem justitiæ, lenita-
 te animi temperavit. Nimia namq[ue]
 puniendi asperitas, in tyrannidem de-
 generat; si lenitate & clementiâ non te-
 peretur. Non secûs cum vitiis, ac cum
 vitibus procedendum; hæc, si non abscin-

dan-

dantur, exuberant; si nimis, exarescunt.
 Imò illa Principes decet virtus: quæ plu-
 res terrore corrigit, quàm pænis absu-
 mit: quæq; ne ferrò cogatur, robustam
 recidere audaciam, adhuc teneram mi-
 nis curvat. Eadem est boni Principis
 commendatio, quæ medici: morbos &
 vitia tollere, homines servare. Semper
 in manu Principis, laus potior est ferri
 hebetis, quàm acuti. Pacatâ tandem
 Republicâ, Regni Metropolim Cra-
 coviam, à suo nomine nuncupatam
 extruxit: illucq; sedem Regum, Gne-
 inâ transtulit. Arcem in monte Va-
 vello exædificavit: sub cuius antro
 latitantem portentosæ magnitudinis
 draconem, ingenioso stratagemate
 interemit. Victò tamen hoc mon-
 strò, mortem vincere non potuit,
 dum vivere desit, Anno Dñi 720.
 Gentili more in monte Laffotino est
 sepultus; ut sciret orbis, quòd ille
 Princeps, etiam post fata eminere de-


beat, quem supra communem mortali-
 um sortem evexit virtus.

IMAGO LECHI II.

O Primè Sarmaticus canit Horati⁹:
 Nobilium fluunt infœcunda Du-
 cum secula; nec bono succrescit soboles
 Patri. Ex nobilissimis quandoq̄, arbori-
 bus, inutiles plerumq̄, excrescunt stolo-
 nes. A viris egregiis, quasi quod in
 fato accidit, improbos proficisci filios.
 Sæpè ex limpida fontis origine rubigi-
 nosæ profluunt paludes; sæpè ex magno
 Gigante, parvus surrexit Pigmæus.
 Multi sunt, qui nihil patrium, nisi no-
 men habent. Patuit in Lecho, nomine,
 non regnandi sorte, secundo, optimi
 Parentis Craci, degeneri prole. Hic
 paternæ fortunæ, non virtutis cu-
 pidus, ut Patri in Regnum succede-
 ret; Cracum fratrem majorem natu
 dolo ô ferrò, in venatione interemit.
 Quid scelus ut eluderet, di cerptum

à feris

à feris publicavit. Verum nunquam
 mendacis, veritas suffragatur. Deserit
 eum fortunæ favor, qui cognato non
 parcat sanguini. Præcipitio proximus
 est, qui per aliena capita graditur ad
 solium. Vulgato namq; paucis, ab ele-
 ctione diebus, fratricidii crimine; re-
 gno, quo fratrem privavit, ipse pri-
 vatus, pulsus est in exilium: ut disce-
 ret orbis, quòd celeri scelestos, pœna
 consequitur pede: vindicta properat,
 proximo crimen gradu: faber dolosam,
 qui struit necem, ruit. Ut umbra solem,
 pœna sic sequitur scelus. In scelerum
 pœnas ultrix venit ira tonantis, hoc gra-
 viore pœna, quo leviore pede. Rarò an-
 tecedentem scelestum, deserit pede pœ-
 na claudo. Mortuus est exul extra
 Patriam: indignus nempe, ut impios
 cineres hæc conderet tellus, quam
 fraternò polluit sanguine.



IMAGO VENDÆ.

Magni Genitoris Imago, veterum Amazonum, Penthesilearum, Camillarumq; typus, Venda Craci filia in regnum successit: ideo hoc nomine à Polonis nuncupata; quòd admirabili ejus formâ, veluti hamò pices, exterorum Principum corda capiebantur. Et certè *venusta forma hamus est, quò incautus oculus & animi capiuntur. Decora facies est acies, in qua etiam ipsi Hercules non subsistunt. Illecebris dotata species, est aucupium animorum. Venusta facies est veluti glacies, in qua lubricatus oculus, lapsus parat animo. Dulce malum est: animorum blanda tyrannis, est facies oculis, insidiosa meis. Latet ibi hostis occultus; ubi nimius est in facie cultus. Imò ipse formosus vultus, est hostis occultus. Speciosissimum malum, & truculentissima adulatrix, est formæ species. Et quam-*

vis

vis cum magna pulchritudine, monstru
 est, magnam fortitudinem convenisse:
 hæc tamen Virgo, si sexum excipias,
 magnanimitate summis par fuit He-
 roibus. Hanc unus ex procorum
 turba, Ritigerus Germaniæ Princeps,
 opulentissimis muneribus ad Marita-
 lem inclinabat thorum. Cujus connu-
 bium, postquam generoso pectore
 repudiaverit; ex proco hostem est
 experta. Cum enim illam nec prece,
 nec pretiõ flectere potuit; vi & ar-
 mis ad sua vota inclinare volens, bel-
 lum indixit. Ita sanè infames libidino-
 sorum flammæ, facile transeunt in fa-
 rores. Creberrimè magni amores, in
 professa degenerant odia. Pectus, quod
 conceperat ingentem affectum, non raro
 parturivit invidiam. Ævit amor, ma-
 gnoq; irarum fluctuat æstu. Bellum sæ-
 pe ciet ferus exitiale cupido. Hunc ta-
 men ferrõ licet armatum, oculis & a-
 more sui captum, bis repetitõ felici-

ter præliò, vicit Virgo. Rurigerus ergo à fæmina victus, ne tamã erubesceret ignominiam; sanguine & vi à se privavit, proprio incumbens acinaci. Venda verò, ne veluti oim Helena in Illo, venustate suæ formæ, surpe alicujus Paridis facinus excitaret; in Vistulam de ponte Cracoviensi ultrò se præcipitavit, hostem suum forsitan in stygis barathro prosecutura. Ex ejus gynæceo famulæ, ut se aliquo modo suæ Dominæ accommodarent; aquis se se invicem perfundebant: idemq; quotannis recurrente Illo die, aliæ matronæ factitabant. Hinc forsitan illa, ad hæc usque tempora manavit consuetudo; quòd in feriis Paschalibus, insolens aquarum fiat ablutio. Tumulata est hæc Virgo propè villam, à suis Manibus *Mogila* nuncupatam. Quot annis vixerit, & regnaverit? tacent annales: illud duntaxat prædicant: quòd decora

cora vultus specie, non abluit à vir-
 tutum venustate. *Et certè venusta*
corporis species, est quoddam mentis
simulacrum. Excultæ ædes, indicium
sunt hospitii non ignobilis. Plerumq̃;
elucet in fronte, quod latet in animo.
Pulcher animi status, in facie decora,
veluti in speculo relucet. Interior
virtus, ex animo in vultum, velut in
theatrum profilit. Et quamvis esse so-
let rarò pulchra, pudica caro; nam
lis est cum forma magna pudicitie;
rara est concordia formæ atq̃; pud-
icitie: nihilominus virtutem mentisq̃;
pudorem, frons formosa tegit, for-
moso corpore claudit. Pulchra pud-
oris sarcina est, formæ pulchritudo.
Gratior est pulchro, veniens de cor-
pore virtus. Venustas corporis, non
indecoræ virtutis est domicilium. Ce-
terum, ut summa est deformitas, cum
à formoso vultu degenerat animus;
ita summa est pulchritudo, cum ve-
nusta.

nustati frontis, res ondet majestas a-
nimi. Turpe mendacium est, candor
in genis, umbræ in pectore; frons
explicata, animus involutus; facies
decora, mens deformis.

IMAGO PREMISLAI I.
Seu LESCONIS I.

Quod de quopiam Polonus ceci-
nit olor: fessos duxit heri boves,
dat magnis hodie jura Quiritibus: &
quæ bobus ademeral, imponit Gabijs &
Curibus juga. Idem Phosphorus aspicit
magnum, quem tenuem, viderat Hesperus.
Et alter: Fasces & dædial rotat fortu-
na mitras; hæc modò rusticum cras es-
se vel Regem docebit; vel famulo dare
jura Regi: illud in se expertus Premi-
slaus; qui humili forte natus, ultra
spem & vota, à malleo ad sceptrum,
ab incude ad coronam, ab aurificina
ad solium Regale est evocatus. Hic
Premislai agnomen, ab industrio &

Ingenii eius. inge

ingenioso vincendi hostes stratagemate obtinuit. Pannonibus namq; & Moravis, insolentem in confiniis regni prædam agentibus, pellendis, cū par viribus Polonia non esset; ille ne Patria ab hoste suis exueretur fortunis, decorticatos noctu arborum trūcos, pice & resinā illitos, ita armis ornaverāt, ut innumeræ armatorum militum viderentur esse legiones. Illos ergo summo manē ad reflexos solis radios coruscantes conspicatus hostis, fugit nemine persequente, relictā eò gloriosiore victoriā, quò magis arrident mites *sinē sanguine lauri*; & placeant melius *pulchri sinē cede triumphi*. Et certè hæc est præcipuè victoria digna triumpho, in qua quæcunq; est, sanguine præda caret. Nolo virum, facili redimit, qui sanguine famam; hunc laudare volo, qui *sinē morte potest*. Quo pacto docuit hic ingeniosus victor: quòd in bellis gerendis

non

non omnia vires possunt; potentior sæpè industria est. Pulchrum est alijs auxilijs destitutum, ab ingenio suppetias petere. Imò sæpè sunt majores viribus artes. Ingenii victoria & felicior est, & gloriosior. Pulchrius est mente, quàm manu configere, & sinè sanguine triumphare. Mens sæpè triumphat, & tutus virtute dolus rem conficit. Vincit inermis astus inerte manu. Polita magis feriunt ingenia, quàm exacuti gladij. Munita ingenio potentia absq; sanguinis profluvio, emergit ad laudem triumphale. Armatum consilij robur, sinè cæde triumphat. Calliditas Graja, atq; astus potentior armis. Unde in præmium tantæ victoriæ non vetrici solum lauro, sed etiam Ducali auro & diademate, est coronatus Premissus. Hic ergo ex aurifabro Princeps verè aureus fuit; quia aureæ libertatis amantissimus. Non ignarus, quòd libertate nihil carius, nihil rarius. Libertas dicitur

tur res vitæ optima. Aëgra aut im-
 becillis mens nostra dum cogitur; aut
 obruitur, aut resilit. Rara tempo-
 rum felicitas, ubi sentire, quæ velis;
 & quæ sentis, dicere liceat. Magnum
 Deorum donum est libertas. Vita ci-
 vilis sinè libertate; mors est eò gravi-
 or, quò longior. Toties quisq; mo-
 ritur, quoties liber esse desinit. Li-
 bertatis gemma, omni regno carior
 est. Mancipijs imperare non est re-
 gium. Amissâ libertate nemo vivit,
 ut oportet; neq; haurit hunc commu-
 nem aërem, sed inficit. Unde Equi-
 tum Polonorum prima lex est, esse
 vindices Patriæ libertatis; ab hac ne-
 mo exemptus, nisi peremptus. Qui-
 cunq; libertati olim hostis erit; simul
 & Polono dicetur hostis. Cæterum
 Premissus totus bono publico inten-
 tus, Patriæ commoda, non privata
 studia sectabatur. Premissiam à suo
 nomine nuncupatam erexit. In Re-
 gali

gali Majestatis suæ Solio, illud aureis literis exaratum habuit: *Fortunæ suæ quisq; est Faber.* Unicum illud ad aureæ felicitatis apicem sub hoc Principe Polonis defuit; quòd aureus Princeps cogente fatorum necessitate, ferream mortalitatis subivit legem. Et sicut nemo eo regnante non plaudebat; ita illo mortuo nemo non plangebat. Boni namq; Principis funus, semper est & immaturum, & luctuosum amanti populo. Nemo non optat immortalem, quem expertus est optimum. Malos Principes communiter comitantur ad tumultum tripudia, bonos lacrymæ. Sicut naturæ hoc vitium est; quòd nullus sit Princeps, qui aliquando suos non affligat, vel vivens vel moriens: ita naturæ quoq; beneficium est, quòd nullus sit Princeps; qui aliquando suos non recreet, vel vivens, vel moriens.



IMAGO LESCONIS
FRAUDULENTI.

LEsco hic fraudulentum nomen in-
de obtinuit. Dum in Cracovien-
sibus comitiis liberæ Polonorum vo-
ces circa electionem Principis discor-
darent; nova eligendi methodus est
excogitata. Exposita erat columna
cum sceptro & diademate ante Cra-
coviam, eâ lege Candidatis præscri-
pta; ut qui eorum prior à Pradniko
fluvio ad columnam pervenisset, Im-
peratorii honoris culmen obtineret.
Nemo tum tardus esse voluit. *Præci-
piti namq; ambitu festinatur ad solium.
ad honorem nemo non est Mercurius, ne-
mo testudo. Præceps in sublimia ambi-
tus esse solet. Volubilis fortunæ rota,
cunctatores lentulos non admittit. Ad
Cæcum illud numen, plerumq; cæco cur-
ritur impetu. Neminem humilia dele-
stant. Nullus est mortalium, qui emine-*

D

re

re non cupiat. Hic ita Lescio ut solus
 clavum Imperii occuparet, aduncis
 clavis, dentatoq; ferrò iter omne im-
 pedivit, relistò sibi soli notò viæ tra-
 mite. Et ne ipse dolosus honoris au-
 ceptus suismet caperetur fraudibus e-
 quum suum ferreis munivit soleis.
 Dum itaq; velociori animorum, quàm
 equorum cursu ad metam propera-
 tur; omnes equo & spe dejecti, uni
 Lelconi coronam reliquere. Sed
 nunquam dolus exitus faustos habet:
 quicumq; vafros casus fabricat, cadit:
 cecidit, quod fraudulentis erigit artibus,
 non sola virtus, sed dolosa ambitio malè
 fulta sceptro. Per nefas quæsitæ for-
 tunc exitus, cadere est. Ipsa interitùs
 sui faber est, sceleribus empta felicitas.
 Premit scelestor ultor à tergo Deus. Sæ-
 pè divinitatis opera hæc sunt, ut furia
 jam in ipso successu securas, subita ul-
 tio excidat. Ut partem effugias, non o-
 mnia retia faller. Patuerunt namq; re-

conditæ in terra fraudes in Authoris
interitum. Nempe lux altissima fati,
occultum nihil esse finit. Acta Deos nun-
quam mortalia fallunt. Nostram sedu-
la spectant scenæ astra tragediam. Un-
de deprehensio occupati Principatûs
dolo, in pœnam tanti astûs iussas est
ab equis in partes discerpi. Et sic in-
felix Lesco ducalem aliis vittam præ-
ripere ambiens, propriam amisit vi-
tam; & coronæ loco, infamem vitæ
affecutus coronidem, illud posterita-
ti reliquit documentum: quòd scelere
puratum regnum non est stabile. Nun-
quam sceleribus fortuna suffragatur.
Præcoci ruina cadit improbus, pri-
usquam à fortuna impellatur, ipsa
sceleris sui mole corrui. Infelix est
sceleribus conquista felicitas. Præ-
cipitant cum strepitu, quem scelera
extollunt. Nulla scelesti fors diu fe-
lix fuit. Imperium flagitiò quæsitum,
nunquam bono exitu terminatur.

Mentita potestas, læta brevi, pro-
 brosa diu: post pauca serena, spuria
 perpetuo sordescit gloria luctu. *Ve-*
rissimum est illud Senecæ: Quod quisq;
fecit, patitur: authorem scelus repe-
rit; suoq; premitur exemplò nocens.
 Retrogradum DEUS agit furorem:
 ut qui fabricabat malum capiti alie-
 no; funus in proprium trahat. In la-
 queos multi, quos posuere cadunt.
 Quas Tyrannus accumulat, subit ipse
 pœnas. Facta manu culpa suaq; dis-
 pendia sensit.

IMAGO LESCONIS II.

Iocantis fortunæ Imaginem liceat
 in Lescone Secundo intueri; qui
 servili stirpe natus, ultra spem & vo-
 ta obtinuit dialema; ex verna Prin-
 ceptus, ex servo factus Imperator. Hic
 exhilarandi animi causâ, cum uno ex
 contribulibus suis, quò remotior ab
 ambitu, eò liberior metu, pedes ad ex-

munificenter servilis posi-

positam cucurrit metam, quàm prior
 quidem attigit, verùm relictis in sta-
 dio cruentis vestigiis. Hunc itaq; con-
 cordi voce & votò Poloni dignum
 purpurâ censuerunt; qui proprio
 cruentatus sanguine, Imperatorio
 prælusit murici. Ne verò Respubli-
 ca temerè sibi sceptrum detulisse vi-
 deretur; effecit ille optimè imperan-
 do. Militare robur liberali erigebat
 dexterâ: non ignarus *aurea cote fer-
 rum acui*. Facile è fertur animus &
 gladius; quò aurea imbellit dextera.
 Mars sinè auro inermis est. Inopia
 argentû, validissima arma reddit iner-
 mia. Magnetis, aurum si subeat vices;
 trahentur enses: fortior est manus
 onusta donis. In bello plus operatur
 largitio argenti, quàm explosio tor-
 menti. Non semper in bellis ferrum
 vincit: plures quandoq; aurum & ar-
 gentum numerat victorias. Non pu-
 det Herculem, munifici meminisse

Martis Aurum bella gerit. mueroni-
 bus imperat aurum. Iras & enses ven-
 dimus & manus, hâc unde nummis
 aura refulserit. Cadmea surgit mes-
 sis, ubi cadit de liberali munere dex-
 træ aurum. Forti non pudet Hectoras
 jurare menti, cum strepitus magis so-
 nat metalli, quàm tubarum vel mo-
 nitum grave tympanorum. Nihil i-
 sua fortuna habuit beatius, quàm pro-
 desse egentibus: id unum se habere
 ratus, quod in alios profudisset; qua-
 si ei diceretur Illud: *Quas dederis, so-
 las semper habebis iopes.* Et certè ne-
 scit semel liberalitas incitata stare, cujus
 pulchritudinem ipse usus commendat.
Regium est omnibus prodesse. Divinus
 aliquid sapiunt, qui omnibus bene faci-
 unt. Nec solum corda civium vincunt
 aurò, etiam ferriò hostes vincere no-
 verat. Sensit ejus manum Caroli M-
 gni exercitus: cum quo ex Hunga-
 ria in Saxoniam eunte, inter Albi-

& Salam fortiter dimicavit. Ne ve-
 rò Imperii fasces in se fastum gigne-
 rent; plebeia suæ originis veste sem-
 per utebatur. Rara est hæc virtus, ut
 supra communem elevati sortem, d mis-
 sione animi ad pristinum descendant
 statum. Hominibus cognata est superbia,
 si alius steterint. Cognatus multorum
 fortunæ lethargus est, alta nuperrimæ
 sortis oblivio. Etiam meminisse pudet
 se se minorem fuisse, qui se videt sum-
 mum esse. Imò passim experimur, quòd
 asperius nihil est humili, cum surgit in
 altum. Hic tamen Princeps quò erat
 sublimior, eò humilior: non ignarus,
 quòd compendium laudum est, si supre-
 ma in dignitate locatus, demissè & hu-
 militer se gerat. Cui nihil dignitatis ad-
 augendum verticem superest, hic uno
 modo crescere potest, si se ipse submit-
 tat. Si Princeps ad subditos per æquali-
 tatem descendat; non minus deperdit
 dignitatis, quàm soli radios suos in ter-
 ram demittenti.

IMA.

IMAGO LESCONIS III.

Fortei creantur fortibus & bonis; nec
 imbellem feroces progenerant a-
 quile columbam. Optimi Patris non
 dispar soboles, Lesco hic secundi Le-
 sconis filius successit in regimen.
 Non solum paternæ fortunæ, at e-
 tiam virtutis hæredem se probavit;
 præclara Patris facinora imitando.
 Scilicet Parentum virtus est stimulus fi-
 liorum. In prolem transcurrit gratia
 Patrum. Paterna prolem fortius alli-
 cit, urgetq; virtus. Mores Parentum
 non leuui fluunt amne in nepotes: fin-
 gitur ad Patris exemplar natus. San-
 guis & stemma Parentum, sunt gloriosa
 æmulatio filiorum. Publicæ rapinæ ge-
 nus est, illius nominis palliõ honestari;
 cuius virtutem non geras. Princeps
 hic civilibus impeditus armis, non
 alia arte victor evasit, quàm clemen-
 tiã; ad Patrem Patriæ spectare ratus.

&

stimulus virtutis. n. sine nepo.

& illos servare filios, qui perire me-
 rebantur; & iis parcere, quos per-
 dere oportebat. Et certè cum omnia
 in bello civili miserabilia; tum nihil mi-
 serabiliùs victoriâ. Sine sanguinem ci-
 vium, barbaros Reges lapit. Illo satu-
 rantur Poloni Reges sanguine; non quem
 fulmineus per vulnera cedesq; gladius
 evocavit; sed quem pudor ingenuus per
 vultus & ora civium diffudit. Vulgus
 irasci decet, at faventes parcere Reges.
 Quisquis est placidè potens, Dominusq;
 vitæ, servat innocuas manus, & incru-
 entum mitis imperium regit, animosq;
 parcat. Placidò itaq; ac pacificò bellò
 domesticis edomitis hostibus, exter-
 num quoq; domuit Martem. Cum
 Moravis & Pruthenis gloriosè dimi-
 cavit. Finitimos populos insolenter
 origini suæ insultantes ferrò còer-
 cuit; monstravit sericæ fortitudinis
 nullam Majorum seriem obesse. Scla-
 vis Polonorum consanguineis, Hun-
 gari-

gariam imperiò tenentibus; auxiliates
tulit suppetias, cumq; illorum hosti-
bus fortiter & fortunatò decertavit.
Dignus perenni famâ Princeps, nisi
eum impura Venus infamâsset. Ita
certè etiam in optimis aliquid pessimi
invenitur. *Nemo sine nævo. Unicuiq;
dedit vitium natura creato. Etiam à
magnis virtutibus, parùm absunt vitia.
Neminem illesum fata transmittunt.
Vindicat omnes natura sibi. Nullus sine
crimine vivit. Nulla est tam perfecta
pulchritudo, quæ suos non habeat næ-
vos. Si nisi non esset, perfectum quidli-
bet esset. pauci sunt visi, qui caruere ni-
si. Cessit fati, & veteri ritu in Sa-
xonia, quam imperiò quoq; tenebat,
tumulatus. Longiùs à regno abdu-
ctus mori voluit; ne eis moriens la-
crymas propinaret, quos vivus irri-
guis satiabat solatiis.*

(42)

DECAS II.

IMAGINUM.

Dedecus sine Virtute Potabile.

IMAGO POPELI I.

Rarum erat olim in solis prodigium,
virtus coronata: inuolutum supre-
mæ dignitatis, cum summis dotibus in
terra connubium: fastus plerumq; cum
purpuratis imperabat manibus; & plu-
ra diademati incumbebant dedecora,
quàm gemmæ. Erubescere jubebatur
à murice, si quæ thronum ascendit in-
nocentia; provec̃taq; in altum integritas,
ne contenditibus in sublime deturbare-
tur à vitiis, solio excedebat. Verùm
omnis honor turpis, nullâ virtute deco-
rus: non ornant, sed onerant graves
honorum tituli, quem leves dedecorant
mores. Non mitra Regem, sola sed ef-
ficat Regina virtus. Miserrima est ma-
gna felicitas, sine magna virtute. Lu-

eu.

eulentum hujus rei Popielus I. Le-
 sconis III. filius, oblivionis cinere tu-
 mulandus exhibuit in se argumen-
 tum: quem ipsa erubuit purpura,
 quò Ducali contentus sanguine vir-
 tutum contempserit apparatus. I-
 gnarus forsitan, quò perit omnis in
 illo gentis honos, cujus laus est in origi-
 ne sola, Virtute decet, non sanguine ni-
 ti. Quid imaginibus, quid avitis fulta
 triumphis atria, quid pleni numeroso
 consule fasti profuerint; si vita labat.
 Dives avis, Et utrumq; Fovem de san-
 guine ducens, si virtute caret, tan-
 tum de laude meretur, exanimis quan-
 tum truncus: licet ære superbo splende-
 at, aut Tyrrio rubeat sub murice stipes.
 Princeps hic levis & inconstans, in
 horas & momenta Protheus; nec lo-
 cum residendi stabilem habuit: sedem
 regni Cracoviã Gnesnam, Gnesnã
 verò transtulit Crusviciam. Obscura
 clari progenies Patris, strenui & belli

Le. cōsi Parentis ignava Soboles, nulla
 tu. gessit bella, nisi in castris moll'um;
 en. quamvis vicinus hostis bellandi præ-
 ra, buerit ansam; imprecandi morem
 vir. habuit, se suosq; in escam muribus
 I. devovendo: cui malè usurpato vo-
 r in to, in posteris ejus respōdit evētus. Ita
 igi. sæpe luunt posterī, quod Majores im-
 ni. precantur. In prolem dilata ruunt
 ulta perjurā Patris, Et pœnam meritō fi-
 oso lius ore bibit. Oūo & torpori to-
 pat. tā vitā deditus, nihil dignum lau-
 an. de fecit: at illud indignissimum,
 an. quòd natalium honestatem turpissi-
 an. mis moribus dehonestavit. *Quid*
 ade. prodest sanguine longo censerī, si de-
 pes. sit virtus, Ipsa nobilitas, ignominia
 in illi est; qui à Majorum suorum dege-
 lo. nerat virtute. Turpe est nobilitatis
 em spectāculum, si in ejus domibus nihil
 snā pulchri cernitur, præter Majorum
 ura Imagines. Non commendant eum Ma-
 elli. jorum ceræ qui est cereus in vitium

E

flecti.

Ætli. Non exornant avorum Imagi-
 nes. quem proprij dedecorant mores.
Picla Picla fœlag, antecessorum simu-
 lacra, ignavum dissimulant successorem.
 Ignobilis est illa nobilitas, que con-
 sanguineam sibi non habuerit virtu-
 tem. Parum prodest illustris ortus,
 quem mores obscurant. Limpidus per-
 spicui fontis latex, turbidum non com-
 mendat rivum. Dedecorant bene na-
 ta culpæ. Indecorum est, é clara stir-
 pe stipitem nasci. Haustam à Majo-
 ribus natalium lucem; morum fulgori-
 bus intendere est necesse. Qui meri-
 tis Patrum laudem trophæis denegat,
 impium faletur heredem, nefastus
 egregiæ propè latro famæ. Cæte-
 rum exactis in Principatu quinde-
 cim annis circiter, cum nihil boni
 in vita egisset; tandem Cruxviciz
 egit animam.



IMAGO POPIELI II.

MAli Genitoris Popieli I. pejor
 filius Popielus II. paternæ vi-
 tæ speculum dici potuit; eò quòd
 in se Patris Imaginem sceleribus
 expressit. Et certè non procul à
 proprio stipite poma cadunt. Mali
 corvi malum ovum. Rarò degene-
 rat à vilijis Parentum Soboles. Nun-
 quam leones parturijt lepus. Par est
 miraculo, ignavi Parentis strenua pro-
 les. Prodigium est, ab improbis nasci
 probum. Cum lacte & sanguine vitia
 vel virtutes Parentum imbibuntur.
 Imò facilius in Parentum vitia abit
 proles, quàm in virtutem. Nam
 pronior est vitiorum, quàm virtutum
 disciplina. Ægrè virtutes facile vitia
 propagantur. Princeps hic proje-
 ctæ in omne nefas indolis, in ju-
 venili ætate nihil maturum habuit,
 præter scelera: vilijis superaverat

Et

an-

Mali Patris, pejor filius.

annos: nondum adultus, jam adulter.
 Quidquid verò impudica Venus su-
 is facibus non exuffit; plenis cya-
 this extinxit Bacchus. Publicos re-
 gni Magistratus venales habuit, sci-
 licet, cuius Cupido venas invasit, ni-
 hil est ei non venale. Conforti suæ
 obsequentior fuit, quàm virtuti &
 rationi. Ex ejus consilio lethalem
 simulavit morbum; & ad imminens
 quasi sibi fatum patruos suos con-
 vocavit: quibus deflentibus suam
 salutem, intoxicatò ab uxore po-
 culò mortem propinavit. Ne ve-
 rò propinatus incautis hospitibus
 potus toxicùm redolere videretur;
 uxor fictè dolere, & virulentiores
 venenò lacrymas fundere cœpit.
 O quàm verè dictum! *Nulla fides
 lacrymis, lacrymas simulare docemur:
 nec nisi vis falli, visibus ulla fides.*
*Mulierum fusu lacrymis moveâre, ca-
 veto; ut sterent, oculos erudiêre suos.*

Muli-

Muliebri sexui tam facile est ploranda patrare, quam plorare. Unde illud: *Aspide quid pejus? tygris: quid tygride? demon: demone quid? mulier: quid muliere? nihil: suò fato Patruì didicere.* Hi insequenti nocte omnes mortui in lacum sunt demersi. Sed occultatum parricidij scelus, consciùm prodidit cœlũ: & tanti facinoris vindex, de tota stirpe exegit pœnam. Namq; brevi Crusvicix Popielus cum uxore & liberis à muribus est peremptus: qui ex inhumatis Patruorum cadaveribus prognati, infantium necem vindicantes, Regiam arcem, in qua se occultaverat, invaserunt. Ita profectò mens malè conscia, nullibi securè latet, non satis illa culpa latet, quæ ipsum auctorem non fugit, in ipsi non bene fraus tegitur caveriis. Non latebit perpetuas scelus inter umbras. Nullus est murus sceleris,

ri, per altas urbium turres, tripli-
 cesq; portas pœna perrumpit: vigilant
 in omnes fulmina culpas. Nulla im-
 pyr tuta latebra: malis ubiq; malè.
 Nihil conscire sibi, nullaq; pavescere
 culpâ, hoc opus, hic labor est, hic
 murus Abeneus. Illud morte tuâ
 posteris reliquit documentum: quòd
 parùm interest supremam inter & ex-
 tremam Principum fortunam; sæpe
 levi iclu graves Principes prosternun-
 tur. Nihil est tam firmum, cui pe-
 riculum non sit etiam ab invalido.
 Momento sæpe perit, quod ægrè sæ-
 culum peperit. Magnæ arbores diù
 crescunt, horæ spatio exstirpantur.
 Discant ex hujus Principis fato,
 quòd est innocentis sanguinis ultor
 Deus. Quicumq; alterius sanguinem
 sinit, suum effundit: & qui fabricat
 alteri necem, illam repente falce mors
 mælat sua. Conformat sceleribus
 pœnas justas Nemesis: fugaces insequi-
 tur Nemesis tyrannos. IMA.

IMAGO PIASTI.

Virtute Nobilitas

Semper natalis virtus preferenda.
 Sola virtus & animus, non genus
 & sanguis nobilitant. Tota licet ve-
 teres exornent undiq; cere atria,
 nobilitas sola est, atq; unica virtus.
 Frustrâ paternis quisq; superbior tu-
 mescit aëlis; fervor & arduæ jura-
 ta virtuti voluntas, perpetuò viret
 ipsa lauro. Quid juvat admotò per
 avorum nomina cælò, inter cognatos
 posse referre Jovem? probati viri
 genus, virtutis prosapia est. In hanc
 virtutis ideam verba mentis acie
 Poloni, Crusviciensem incolam Pia-
 stum, à rotarum opificio hoc no-
 mine appellatum, obscurum gene-
 re sed geniò illustrem, 70. anno-
 rum ævò gravem, à securibus ad
 fasces, à stiva ad solium promove-
 runt. Hic est nempe fortunæ luden-
 tis ingenium; ut ab imo sæpè attollat

ad

ad summum. Emergunt subito, qui
latuere diu. Non obstant natales te-
nebræ, quominus quis solem videat.
Non raro quos natalium fortuna de-
stituit, evexit in altum virtus. Sic
humili fluit è fonte Rhenus, crescit
alta è tenui Terebinthus herba, Lau-
rus ingens parva quondam virga fu-
it, modo natus arbor. Princeps hic
nec fascias, nec fasces fortunæ de-
buit, qui nascendi ignobilitatem pro-
pria supplevit virtute. Nec obest
Herodum magnitudini natalium humili-
tas: gloriosior est, qui totum virtutis
succe, nihil Majorum debet sanguini.
Nobilitat Regina virtus, quem ad igno-
bilitatem sinistra damnavit fortuna.
Imò pulchrius est parari, quam cre-
ari nobilem: gloriosius est nominis esse
authorem, quam hæredem. Melius
est nobilitatem nancisci, quam nobi-
lem nasci. Magnarum virtutum
Princeps hic erat, præ alijs tamen

humanitate & liberalitate excelle-
 bat. Polonis in Electoralibus co-
 mitijs, discordes Crulvicæ trahen-
 tibus moras, ad penuriam victus re-
 ductis annonam suppeditabat. Ubi
 liberali suo genio ita omnium Ele-
 ctorum inflexit ingenia; ut præter
 spem & vota, omnes eum unanimi
 voce Poloniæ Principem proclama-
 verint. Et certè liberali dextera
 ultrò sese ingerunt sceptrâ. Tenaces
 manus rarò fasces tenuerunt. Nec
 obfuit tenuis Fortuna Piaſti, quo-
 minus ad solium vocaretur: Non
 enim fortune rerumq; eget, cui pu-
 blici regni fortuna committitur. Po-
 tior est in votis Patriæ, animus in
 Principe summæ par fortune, quàm
 opulentia. Ingenium imperio dignum,
 non gazam quærent Poloni: misera
 namq; est regni ratio, ubi nihil est,
 quod adores in Principe, præter au-
 rum. Si janè plumbea gaza, dum-
 modo

modo sit aurea mens in Principe:
 cum Rege aureo, aurea terra ætas
 immigrat. Nullos hostes Piaſtus
 habuit, præter Leſconis III. filios:
 quos ſibi & Patriæ inſidiantes, for-
 ti reſpreſſit manu. Thori, chroni-
 que lociam Rzepicham dictam, mo-
 ribus & forte naſcendi ſimilem ha-
 buit: & certè ſatis magnus theſau-
 rus eſt uxor proba. Nulla eſt inops,
 nulla obſcura, quam & locupletant
 virtutes, & illuſtrat innocentia. Ami-
 cus ſincerus. theſaurus verus. Multi-
 er bona, pretioſa viri corona. Nul-
 la eſt pretioſior poſſeſſio, bonò veròq;
 amico; O timæ ſunt diuitiæ, bonam
 inueniſſe conjugem. Dos eſt pulcher-
 rima, virtus. Hinc malè ducitur u-
 xor, cui amorem aſſerunt opes, &
 Majorum cæcæ. Periculosa eſt, que
 ex venuſtate formæ conciliatur gra-
 tia, ſi ei non maritatur honeſtas. Si
 ſola virtus in ducenda uxore non
 ſpecta-

spectatur; illud saltem præ oculis habendum: Uxor ducenda est oculis, auribus virtus, manibus dos est exploranda. Dignus immortalitate Princeps obiit Cruvicæ, anno ætatis 120. post integrum 50. annorum imperium.

IMAGO ZEMOVITI.

Supra Beneficus

Vivam sui Imaginem, imò se ipsum Piasus in filio suo Zemovito reliquit: in quo etiam post fata per virtutum suarum regnavit imitationem. Et certè Avorum est commendatio esse bonum & virtuosum; ut facias tua, in eorum facta succede. Ignavus est hæres, cui solum patrimonium est, derivatus à nobili vena sanguis. De proprio addendum est, & natalium splendor pari virtutis claritate geminandus. Qui in hæreditatem venisti sanguinis, heroica quoq; facinora imitare. Antecedentium

tium heroum facinora, sunt ponè sequentium institutio. Violenta est quædam obligatio, ut eum sequantur virtute, cui succedunt dignitate. Satisfecit huic Zemovitus. Hic ad bella planè natus, postquam imperij fasces occupaverat; hanc cum purpura in animum assumpsit curam; ne ab inordinatis militum turmis, an turbis erubescendum aliquid in Polonia admitteretur. Unde primus ille Polonum Martem ad ordinem redegit, exercituum præfecit Ductores, leges militibus præscripsit, easq; etiam ipse conservavit. Non ignarus, quòd *viva lex est*, obtemperans legi suæ legislator. Nul-
lus facile reverentiam legibus negabit; quando eas legislator observat. Melius jubet, qui iussa Princeps ipse facit sua. Lex quæ obeditur, friget in charta, institutionis exemplo caleet in opere. Tunc observantior æqui fit popu-

populus, nec ferre negat, cum viderit
 ipsum authorem parere sibi. In sita mor-
 talibus natura, prope sequi, quae piget
 inchoare. Mutae sunt leges, si a legistato-
 re marmoribus, & non moribus inscul-
 puntur. Exanimis legum tabulae inscri-
 ptae fastis, animantur factis. Addunt
 legibus auctoritatem Principes, si ea-
 rundem sint ipsimet authores & acto-
 res. In quum est, statuentem, propria
 lege convinci. Primus iussa subi, quas
 tuleris leges, author & ipse feras.
 Incommodorum erat tolerantissimus,
 corporis cultu & victu par cuique
 militi. Bella gessit plurima, semper
 felicissimè. Cùm Moravis, Hungaris,
 Germanis, Prussis, Pomeranis, &
 Cassubitis, felici ac gloriosò confi-
 xit Marte. Ereptam temporibus u-
 triusq; Populi Polonis Silesiam
 Prussiam, Pomeraniam, & Cassubiã
 fertò vindicavit. Ferreus hic ab ar-
 morum tolerantia princeps, aureũ

F

sub

Sub te fecit sæculum; hostes vincen-
 do ferro, cives devinciendo auro.
 Profusæ in omnes erat liberalitatis, so-
 lius duntaxat somni fuit parcissimus.
 Quò magis prodigâ manu in alios
 spargebat opes; eò prodigiosius pro-
 pria crescebat gaza. Ita sanè ma-
 gnæ opes largiendo sunt maximæ.
 Munifica & liberalis manus, etiam
 nolens scæneratur. Beneficia sparsa,
 velut semen redeunt auctiora. Quod
 dat benefica manus, conservat. Ex-
 tra fortunam est, quidquid donatur
 amicis: quas dederis solas, semper
 habebis opes. Munera si gratis de-
 deris, si letus amicis; tollet divitias
 has tibi nulla dies. Justitiæ ita fu-
 it amans; ut cælis Astræam in ter-
 ras evocâsse videretur. Supremam
 clausit diem Gnesinæ, anno ætatis
 22. Hòc unico excessu de Poloniæ
 regno bonus Princeps malè meri-
 tus, quòd non diu, quia s. dunta-
 xat

erat regnavit annis. Optimorum ne-
pe Magnatum brevis est semper vi-
ta. Citò ad metam perveniunt, qui
magnis passibus viam Heròum sunt
ingressi. Nunquam non immaturè mo-
ritur, cujus vita pluribus erat salutaris.

IMAGO LESCONIS IV.

Non semper fortes creantur for-
tibus: non semper Mars à Mar-
te gignitur. Non solus Menelaus Pa-
ridem parit. Sæpè eximij parentes,
exiles habent filios. Plurimi sunt,
qui à maximis exorti, in minimos de-
creverunt. Sæpè è stirpe clara na-
scuntur stipites: interdum è vite dul-
ci, acidi emanant fructus. Non ra-
rò è vetusta prosapia, prodit non ve-
nusta soboles. Sunt quos patritij stem-
mata sanguinis, & consanguinea sym-
bola gloriæ ignavos faciunt, qui pa-
trium decus eunis inhumulant suis.
Aurei Patres sæpè filios reliquerunt

Pacificus

Et

Liberalis plum.

plumbeos. E spinis rosæ prodeunt; ex
 optimo vino, acerbissimum fit acetum.
 Plurimi strenui & bellicosi Herodés,
 ignavam prolem genuerunt. Patuit
 id in Lescone IV. filio Zemoviti.
 Hic in tenera ætate ad solium assum-
 ptus, magni bellatoris filius, oleæ
 quàm palmæ studiosior. Pacem bel-
 lo præferens, præliorum finem fe-
 cit: forsitan, quia pax una trium-
 phis potior, pax optima rerum, quæ
 homini novisse datum est. Candida
 pax homines, trux decet ira feras.
 Pace subsultant juga; pace, rident, te-
 tricæ rupes. Odimus accipitrem, quòd
 vivat semper in armis. Et sicut in
 pace suspecta tutius est bellum; ita
 melior est certa pax, quàm sperata
 victoria. In bello parvis momentis
 magni casus intercedunt. Ita incertus
 est belli status, sicut castrorum statio.
 Non sub certis militat fortuna signis,
 non semper ad classicum auscultat.

Voluntur casibus, & ipsi ruunt for-
 tunis: martiales: fortunæ. Et quam-
 vis: Lucanus canat: Utice bellum;
 nihilominus nullum est bellum, cui
 non adhaereat conditio, damnosum esse.
 Cæterum in alijs præter bellicam
 virtutem, non dissimilis fuit Patri.
 Exasperata odjs tui principatus e-
 xordia nactus, regiâ liberalitate na-
 levolorum elusit conatus. Placati
 namq; invidiam benefica potentia. Ci-
 tius auri quam ferri fulgor, malevo-
 lentie extinguit ignes. Principum do-
 na sunt authorameta amicitie, & fide-
 litatis. Nullus animos fortius alligat
 nodus; quam solutæ in gratias dextræ.
 Catene sunt mentium, obligationes te-
 nefactorum. Beneficia Principum sunt
 quædam miracula, aliorum animos in
 suos convertunt. Verissimum est il-
 lud, de modo placendi alijs: Tem-
 poribus nostris, quicumq; placere labo-
 rati det, capiat, quaerat, plurima, pau-

*cā. nihil. Et illud: Tu nihil es, nisi
 des, ergo des: respice, cui des, hoc ver-
 bum do, das, nutrit amicitias. In ci-
 ves raræ erat benevolentix & leni-
 tatis Princeps: quasi illud Seneca
 sibi dictum putaret: Regnare qui
 vult, languidâ regnet manu. Tullius
 est concitatos animos flecti, quàm fran-
 g. Ut crudelitas in unum, multos ar-
 mat ad odium; sic clementia in unum
 exhibita, est augmentum amicorû. Ni-
 hil comitate & clementiâ violentius
 non capit, sed rapit corda in amo-
 rem. Princeps nihil mihi nomine ma-
 jus habet. Et quamvis duo sunt Prin-
 cipatui difficillima, prodesse Reipubli-
 cæ, & placere: ille tamen & pro-
 fuit omnibus, & placuit singulis,
 absq; boni publici detrimento. In
 hoc solo Reipublicæ injurius, quòd
 non diu vixerit. Brevis nempe bo-
 norum Principum est vita, seu fata
 attendas, seu uita populorum. Imò*

boni

boni Principes quamvis diu vixerint, nunquam suis satis vivunt. Obijt in juvenili ætate: maturis tamen moribus, præcox supervenit fatum; cum nihil in eo fuerit immaturum, præter obitum ac ætatem.

IMAGO ZEMOMISLI I.

Tranquillus.

Quamvis hic Princeps avum suum Zemovitum (quo justior alter nec pietate fuit, nec bello major & armis) magnum habuit bellatorem, togâ & sagô toti Europæ celeberrimum; pacifico tamen Patri suo Lesconi, quàm bellicoso avo similior, oleam palmæ & lauro anteposuit. An quòd paterna prolem fortius allicit urgetq; virtus; an quòd bellandi defuit occasio & necessitas. Quanquam quærendus est interdum hostis foris, non expectandus: faciendi sunt aliquando, non patiendi hostium incurjus; inferenda, non ferenda bella

extremum est. ut aliquem ad lauream
 quaerat fortuna. Deses est gladius,
 qui non nisi provocatus fert. Ignavia
 telum, quod extra metam nescit evo-
 lare. Melius est occurrere hosti,
 quam illius assultum praesolari. Glo-
 riosius est collecto agmine hostem pe-
 tere, quam inducias expetere. Pul-
 chrius est ultrò in hostem saevire,
 quam illum sentire. Abscondit se
 gloria ei, qui ex aperto Marte intra-
 cessites. Et terrae septa fortunam re-
 trahit. Querenda est virtutis occasio,
 si ad manum non fuerit. Toto er-
 go Imperij sui tempore, tranquilli-
 tum habuit regnum Zemomilus.
 In tanta tamen regni tranquillitate,
 nihil posterorum memoriâ dignum
 egit; nisi quòd filium Miecillaum
 reliquerit. Satis est ad immortalem
 paterni nominis gloriam, bonum filii-
 um genuisse. Immortalem degit vi-
 tam Pater, in probò & digno filio.

Hunc.

Hunc diu olim sterilis, in decrepita jam ætate habere meruit: scilicet magnum fetum multo tempore molitur natura; una autem nocte viles nascuntur fungi. Elephas decennio parit, sed elephantem. Hic Mieciflaus natalium clarus luce, cæcus natus, in nominalium pompa, post septennium à nativitate exactum instructa, oculorum recepit usum. Zemomiflus verò exactis Imperij annis 40. ætatis annis 60. diem & oculos clausit, Gnesnæ ritu Patrio tumultatus. Non ita tamen bonus Princeps obiit; ut etiam post fata non viveret in memoria posteritatis. Paruarum nempe facularum est, citò ac perperam extingvi, & damno irreparabili totum amittere lumen; Principes planetarum soles occidere & redire solent: atq; ita occumbunt uni, ut alteri orbi luceant serenius.

IMAGO MIECISLAI I.

Catholus.
Miecislaus primus in Polonia Christianus Princeps, non solum oculos, quos per septenium natura cluserat, recepit; verum etiam orthodoxæ fidei lumine est illustratus. Sacro fonte cum non paucis primoribus regni, ablatus, circa annum 964. s. sceptræ Divinæ Fidei maritalem adjunxit, cum Dąbrowka Boleslai Bohemorum Regis filia, in throni & thori sociam adscita. Hæc quoad vixit, æternitatis fortè memor, serîo coronata incessit. Inter hymenæi tædas, Deos ipsos Arasq; gentiles, vero Numini immolavit Miecislaus. Et quia dles hic tantis Deorum ignibus illustris inciderat in sab. athum, ante Festum Divi Ioannis Baptistæ; ideo in anno hujus diei recurso, pridè, festivi ignes, in memoriam extin-

itæ idololatriæ quotannis accende-
 bantur. Hinc fortassis ad nostra
 usq; tempora illa manavit consue-
 tudo; quòd in pervigilio D. Joan-
 nis, similes accensis rogis excitantur
 flammæ: quæ patriò agnomine à
 Polonis Sobotka appellantur. Nec
 solùm hic pius Princeps profana
 idolorum evertit fana, sed etiam
 plurimas Divis, veroque D E O
 extruxit, & dotavit liberaliter Ba-
 silicas. Archiepiscopatus duos di-
 stributo in eos suo Principatu in-
 stituit: Episcopatus septem liberali
 erexit manu. Ut verò zelosum se
 se Fidei Catholicæ probaret pro-
 pugnatorem; piùm induxit morem;
 ut Poloni Equites strictò medioten-
 nus gladiò, sacri Evangelij audirent
 lectionem. Romanam religionem
 per omnes regni provincias propa-
 gavit: non ignarus, quòd fundamen-
 tum & basis rerum publicarum, est
 reli-

religio. Nunquam humana majestas, absq̄ reverentia Divina felix fuit: si quidem jacuisse gaudet, quidquid ca- duco condidit omine non sola virtus. Fortissimum est regnorum propugna- culum illibata religio. Non est ali-

Re us regni beator proventus, quam re-
li gionis augmentum. Fluctuat Reipu-
si blicae navis, mota anchora religionis.

Regia haec est virtus, digna q̄ ut in folio emineat, quae sola Regum beat- jolia. Religio est regnorum unio: ge- munt regna, ubi haec deest gemma.

Factura religionis, est interitus regio- nis. Nec soli religioni, etiam ejus cultoribus summè addictus fuit hinc sacrum tributum, decimum nempe frugum manipulum, famu- lantibus ad aras Ecclesiarum DEI servis dandum instituit: optimè gna- rus, quòd quæstuosissima est pia in caelites liberalitas. Dum caelo censum pendit, nunquam est sine censu. Hi-

mani-

gestas, manipulis cœlo inscriptis, manipu-
 laribus hostium turmis formidabi-
 lis fuit Miecislaus. Equidem cum
 Vlodimiro Rufforum Duce, Pre-
 missiam aliasq; civitates populante,
 improsperè bellum egit; feliciùs ta-
 men cum Bohemis Proceribus con-
 gressus, Boleslum Dabrowcæ fra-
 tris filium, in paternum regnum
 afferurus: Pragam enim ferrò oc-
 cupavit, & in ea totam restituit
 Bohemiam. Et ceriè feliciter mi-
 litant, qui Deum habent commilitonè
 E contra malè perfidis pugnatur ar-
 mis. Irritus Mars est, cui militare
 abnuat cœlum, licèt ira densis ferue-
 at parmis, nimiosq; telis asperet ar-
 cus. Si extinctus est in corde militum
 divinus amor, non accendet animum.
 Vix affribunt martiale classicum tu-
 bæ, si divino pneumate non sunt ple-
 næ. Securè & feliciter certatur, ubi
 virtus est antesignana. Cæterùm sup-

plicaverat hic Princeps summo Pon-
 tifici, per Lambertum Cracoviensem
 Episcopum, ut Regio coronaretur
 diadema c: sed hæc vota probandæ
 in fide constantiæ causâ sunt dila-
 ta, non negata. Interim devotum
 celo caput, æternitatis tæniâ à Su-
 peris proculdubio est coronatum.
 Coronandus ergo in cœlo, terras
 reliquit, anno 999. Posnaniz tu-
 mulatus. Regnavit annis triginta
 quinque. Felix sub hoc Principe
 regimen fuisse nemo dubitet: Nam
ut nihil beato Rege beatius, sic nihil
scelesto Rege scelestius.

IMAGO BOLESLAI

Chrobri.

Primus Regni Sarmatici Author
 Lechus, Orthodoxæ in Polo-
 nia Fidei Pater Miecislus, Regum
 verò Polonorum Parens fuit Bo-
 leslaus Chrobri, filius Miecislai,

Pri-

Virtuosus, Justus, Belligenus

Primus namq; ille à III. Ottone Imperatore, cum hic ex voto sacra D. Martyris Adalberti lipsana veneraturus Gnes am advenisset, Regium obtinuit dadema, à Gaudenzio Archi-Episcopo Gnes ensi coronatus. Hic tanti in Poloniam hospitis inferentis vestigia, stratò per 7. milliaria pannò honoravit. Regijs & egregijs Neocoronati Regis virtutibus, & singulari humanitate victus Otto, militarem D. Mauritij hastam ad bella Domini feliciter peragenda, & unum de salutiferis DEI crucifixi clavis, ad stabiliendum Imperij clavum, Boleslao dono dedit. Illi verò hic vicissim in vim mutuae venerationis, sacrum D. Adalberti brachium, quòd hætenus Romæ asservatur, obtulit. Princeps hic novi magnificentiam tituli, insigni aornavit probitate: acceptamq; à Majoribus

suis gloriam ac fortunam, proprijs
 auxit virtutibus. Non ignarus,
 quòd illud magni animi maximum
 est ornamentum, suis Majoribus non
 esse minorem. Infamat improbos Ma-
 jorum gloria. Plebejus est nepos, qui
 præter sanguinem & nomen, nihil
 habet virtutis avorum. Non tam no-
 mine Majorum gaudeas, quàm virtu-
 tem illorum imiteri. Non tam san-
 guine superbias, quàm conjuncta cum
 cõmendatione facinora æmuleris. Pul-
 cri natales gratuita sunt munera.
 Non tam nasci, quàm fieri serenissi-
 mos, Heròum est. Leo fortis non na-
 scitur, sed vires accipit post naturam.
 Eundo crescunt flumina, quamvis te-
 nues ortus auspicientur. Semina glo-
 riæ jactat illustris profapia; florem
 vero & fructum propria maturat vir-
 tus. Tanto sublimius ascendit natalis
 dignitas; quantò eminentius propria
 virtutis accedit studium. Inter o-

mmes

omnes tamen Boleslai virtutes pietas
 erga Divos elucebat: hinc sacrum
 Divi Adalberti corpus à perfida gen-
 tilium Prufforum gente aurò rede-
 mi: optimè gnarus, quòd meliùs
 nos Divorum sacra tuentur pignora
 quàm Trojam scutum Palladium, aut
 Romam lapsa de cælo Ancha. Re-
 ligionem à suo Patre in Poloniæ
 regnum inveciam, omni conatu pro-
 movebat. Hec nempe potissima Prin-
 cipibus debet inesse cura; ut fides pro-
 moveatur, religio procuretur. Bonæ
 gubernationis prima regula est religio:
 velut à prima sphaera rapiuntur cæ-
 teræ; à religione partes omnes feli-
 citatis impelluntur. Vix est ullus Ma-
 gni cognomento potitus, quem religio-
 nis studium non commendavit. Pie-
 tati summè erat addictus: primum
 scilicet bene regendi elementum, est
 Principis pietas. Non à decet Princi-
 pem, cæli cura: gratum est à Superis

domum, pius & Superis simillimus Prin-
 cept. Regna beat pietas, Reges pie-
 tate beantur. Liberali & poenè pro-
 digâ in cives auri munificentâ, au-
 reos meruit affectus: procul à præ-
 sentis sæculi genio, cui magis au-
 rum placet, quàm verus amor po-
 puli, multò pretiosior aurò. Nunc
 aurum & purpura curis exercent ho-
 minis vitam, belloq; faigan. Aurea
 verè nunc sunt sæcula, plurimus au-
 ro venit honor, aurò conciliatur amor.
 Cuncta trahunt ad se Magnates au-
 rea, sicut ad se magnetes ferrea cun-
 cta trahunt. Cùm verò ius & equi-
 tas vincula sunt civitatum; & nihil
 magis à Principe exigit populus, quàm
 iustitiam: Duodecim Iudices, veluti
 Poloros Lycurgos iuri dicendo in-
 stituit: quos tales esse voluit, ne e-
 os criminosi reperirent sibi similes.
 Qui equitatem instruunt monitis, do-
 ceant exemplis est necesse. Efficax
 enim.

enim recti persuasio est, innocentia ju-
 dicis. Fiunt excessus formidini, cum
 seiuntur iudice inculpa. Veretur
 quisq; scelus, cuius non videt compli-
 cem in iudicum subsellij. Ne verò
 hi magis ligantes crumenas quàm
 causas excutere ut; ex Regia gaza
 certum pro ijs stipendium designa-
 vit. Et certè nihil magis suspectum
 in iudicibus, quàm paupertas. Fieri è
 est corrumpere egentem iudicem. Cau-
 se perduntur, quæ paupertate re-
 guntur. Hinc fit interdum, quòd
 fungitur officio rarus si è munere ju-
 dex. Unde monet Pòeta: Iudici-
 bus plùs quàm juri studuisse memento:
 hoc tibi quàm leges conciliato pri-
 us. Miraris, clausæ quòd sit tibi ju-
 dicis aures? cum tua iudicibus non sit
 aperta manus. Verùm enim verò
 quibus iudicij libra commissa est; ab
 ijs merita ponderari debent, non mu-
 nera. Gladius contemnitur, ubi au-

rum suspicitur. Inermis redditur ju-
 dex, cum à cupiditate constringitur.
 Aurum aptissimum est justitiæ expu-
 gnande instrumentum, quo cum per-
 stringuntur cili, etiam animi exce-
 cantur. Empta miseris defendere
 lingua; efficiunt turpes turpe tribunal
 opes. Nummorum patrocinium ad-
 ptus impunè peccat, quasi pecunia sit
 scelerum baptismus. Et quia teste
 Tacito nullum majus boni imperij est
 instrumentum, quàm bonus Consiliari-
 us: Optimis & prudentissimis Con-
 siliarijs Regiam suam implevit; ab
 eorumq; consilio suam voluit de-
 pendere Majestatem. Et certè
 vis experti consilij, mole ruit sua. Ne-
 mo melius prospicit malis, quàm qui
 consilio perspicit mala. Consilia rem-
 detegunt. Exponitur Republica casti-
 bus: ubi de medijs non prospicitur.
 Nihil sine consilio tutum. Seu læta
 seu aspera momenta, consilio tempe-
 ran.

rantur. Nec in toga tantum clarus
 fuit Boleslaus, etiam in militari sa-
 go ejus eluxit virtus. Integrò
 quidem bienniò ab armorum quie-
 vit strepitu, ut Religionem in tu-
 to collocaret: hac tamen stabilita,
 collatos recenter sibi honores novis
 decoravit triumphis. Boleslao enim
 III. Bohemorum Duci, palmam &
 oculos eripuit: Saxoniam, Moravi-
 am Russiam, Bohemiam, Prussiam
 non tam pedibus, quàm victorijs
 peragravit, & ad annum còégit
 tributum, Poloniæ regno exolven-
 dum. Ac quidem Russos Regiam
 sæpius eludentes credulitatem, ar-
 mis & arcibus spoliavit. Postquàm
 verò Polonus hic Hercules, Regnà
 sui limites ad Albim & Tytam pro-
 movisset, æreas in perennaturæ fa-
 mæ trophæum, Olsæ, Borystheni,
 & Salæ defixit columnas. Ipse ve-
 rò tot hostium & provinciarum vi-
 ctor,

Stor, uni in spoliā cessit libitinae nat
 anno D. 1014. ætatis suæ 58. Re præ
 gni 25. Conditus Posnaniz: relictō ne
 posteritati documentō, quōd Victor pe
 cum rictu pariter miscbitur umbris tur
 Et pace & bellō unitis, stat terminu tan
 ævi. Debilis ac fortis, veniunt ad fio
 funera mortis. Fortibus est etiam me
 mors metuenda viris. Bellica funere dic
 is non obstant tegmina telis. Mors No
 fera magnanimi, non timet arma Ducis. &
 ri,
 de

IMAGO MIECISLAI II.

Miecislavus hoc nomine II. Bo
 leslavi Chrob i filius, justis ag
 parentalibus optimo Patri pericul- ac
 tis, Posnaniz unā cum uxore Rixa, vi
 quam ei vivente Pare, Otto Im- m
 perator hospes desponderat, est ra
 coronatus. Princeps hic solō dunta- me
 xat nominis vocabulō, erat gladij ni
 fa nā celebris: re ipsā fuit m. C
 losus, ad plectrum non sceptrum R

disimilis Patri.

na-

natus. Ita certè non semper proprijs respondent nomina rebus; nomine sæpe leo, re lepus esse solet. Sæpe speciosa nomina turpiter mentiuntur. Non unus est p̄elato nomine tantum insignis. Et tamen teste Cassiodoro: Absurdum est, portare nomen à Majoribus alienum; & aliud dici, quàm possit in moribus inveniri. Nomen (i quit Salvianus) sine actu & officio suo nihil est. Si re priveris, nec nomen habere mereris. Unde monet Plato: Nomina cum re consentiant. Hic ergo Princeps & agnomen suum, & bellicosi Avi, ac Patris sui famam ignaviâ infamavit. Scilicet exterminat arma staminibus vix apta manus. Hinc Moraviam, Saxoniam, Bohemiam, Pomeraniam, paternò ferrò regni finibus annexam, eripi sibi permisit. Cum Prussis variò certavit Marte, Rufforum tamen Ducem Iaroslavum

um non tam arte bellica, quam
 sorte profligavit. Poterat ei obijci
 illud: *Te tela, non tela decent.*
Aptior est digitis lana colusq; tui.
Non tu natus equo, non fortibus uti-
lis armis. Bellica non dextræ con-
venit hasta tuæ. Quid tibi cum pha-
retæ? gladium tua dextra recusat.
Non sunt hæc digitis, arma tenenda
tui. Nescis severò livida brachia
signare ferò. Te sonus omnis & au-
ra exierrent, pennæq; levi commota
velucris. Tibi fæmineo stant corde
timores. Ex uxoris arbitrio mode-
rabatur regnum Mecistius: imme-
mor, quòd turpè ac indecorum est,
illis manibus committere sceptrâ; qua-
ipse Jæus & natura, ad colum fuit
sumq; destinavit. Scilicet insano ne-
mo in amore videt, quid deceat, nobi-
videt ullus amans. Insanis ergo u-
xoris suæ infascinatus consilijs
cùm nihil sanè boni totò noven-

quã
biji
cent.
tui
uti
con
pha
cusat
nenda
rachit
es au
imeta
cordi
mode
imme
n est
; qua
m fu
no ne
; nobi
go u
filijs
noven

nō regiminis sui egisset; in infir-
miam reductus, miseram egit animã,
anno D. 1014 vixit annis 44. Po-
stmaniz tumulatus. Mortuus est, qua-
si victurus post funera non sit: sic
vixit, tanquam moriturus non erat.
Rixa verò suæ magis Austriacæ,
quàm Polonæ favens genti, ne ul-
terioribus rixis sub quarum tur-
bidum Maslaus Regi nuper à po-
culis, provinciam regno abstraxit,
quæ postea ab eo nomen Mazoviz
accepit. Ne (refert Joachimus Pa-
storius) turbaret regnum, è Polo-
nia cum filio suo Casimiro iussa est
exulare. Mater itaq; exul sub
Henrici III. Imperatoris patrocinio
asylum consultit sese Cluniacum: ubi
amissa regni hæreditate, pro
Regali diademate, religiosum Divi
Benedicti induit cucullum.

nio

H

IMA.

IMAGO CASIMIRI L

NE credite veteri & vulgari dicto: Non procul à proprio stipite poma cadunt. Nec illi recenti Vatis Entheo: Rarior aspici est visa proles, quæ vitij gravi desiscat à Patre, & profanos in melius revocaret ortus. Nec huic fides danda: Portentum est à parentum vitij degenerasse. Abrogavit horum fidem Casimirus I. ignavi Parentis Miecislai, non segnis Soboles. Hic jam in ordine Divi Benedicti Diaconus factus, precibus Polonorum à summo Pontifice Benedicto IX. sacris absolutus vinculis, post septem annorum interregnum, ex Cluniacensi clauistro ad paternum revocatus Solum, strenuè & feliciter rexit Imperium. In primo ejus vitæ natali, insolito motu concussa terra tripudiasse

est

est
ille
op
Po
Pri
mu
exc
ver
pur
tiam
lam
illa
nu
nan
na
cor
rex
vit
rum
Et
nan
cipe
ad

est vifas; quod peffimis parentibus
 ille natus est Princeps; sub cuius
 optimo regimæ respiratura erat
 Polonia. Primus hic Polonorum
 Princeps doctus & fapiens fuit: Pri-
 mus Latinis in Parifiensi Academia
 excultus literis fceptra tenuit. Quã
 verum est illud Pòetæ dictura: Sub
 purpuratis fepè ruder latent mentes
 tianis: nec sub una, fceptra jacent ca-
 lamiq; lauro. Verùm enim verò:
 illa fola digna eß regali fceptro ma-
 nus; quæ prius doctam geflavit pen-
 nam: illud caput aureã dignum coro-
 na; quod prius Apollinari laurea eß
 coronatum. Illum Regius decet mu-
 rex, quem literarum tinctura colora-
 vit. Regnare fiquidem fortunæ ple-
 rumq; beneficium eß; fapere virtutis.
 Et certè, turpe eß, fi Princeps coro-
 nam non caput gerit. Ipfã hunc Prin-
 cipem erubefcit purpura; qui prius
 ad Palladis chartas pallere non didi-

Ha

cit.

cit. Non illustrat regalis auri fulgor
 illud caput, quod prius ad Cleantis
 lucernam noctis caligine non fuit in-
 umbratum. Prioris tamen ævi Prin-
 cipes armatam Bellonam hastatæ Pal-
 ladi præferentes maluerunt esse bel-
 latores, quàm literarum cultores;
 maluerunt potius inter armorum
 versari strepitum; quàm docta in-
 ter Musarum iurgia. Quamquam
 nec Marti Apollo, nec Bellonæ Pallas
 obicem ponit. Utraq; hæc Numina ar-
 mata sunt, utriq; palmæ & lauri com-
 munes. Certiora sunt trophæa, si pha-
 retratus Apollo, & hastata Pallas cum
 Marte & Bellona armorum ineant
 societatem. Horum adminiculo Ca-
 smirus quoties bellator, toties vi-
 ctor & triumphator. Adornato
 primùm in Mazoviam bello, Prus-
 sorum & Jazvingorum suppetjis va-
 lidam, fudit fugavitq; hostes. Flo-
 censsem Palatinatum, totamq; Prus-
 sam

fiam armis regno suo adjunxit.
 Massam verò belli authorem at-
 que ductorem ex alta trabe pendere
 iussit: ut qui per nefas ad summa
 eluctabatur; supra cæteros multa-
 tus emeretur. Et certè non infeli-
 citer pugnat, qui Martem Palladi, Bel-
 lonam Mercurio jungit. Aptius illis
 inhaerent temporibus lauri triumphæ-
 les, quibus non novum erat doctas ge-
 stare laureas. In eo vertice lucidi-
 us nitet galea; qui sapientiæ illustra-
 tus est luce. Optimè illi capiti qua-
 drat cassis; quod non cassum sapien-
 tiâ continet cerebrum. Hinc illud
 Polonis Equitibus reliquit documen-
 tum: Ut ei sub labarum aditus pa-
 teat; qui laborem Minervæ non su-
 git. Illi in campum Martis educan-
 tur; quorum virtus scholarum excedit
 vastitatem. Illi ad clavas promove-
 antur quorum amplitudinem non pos-
 sunt capere Gymnasiorum conclavia.

Illorum dexteram armet gladio Ma-
 vors; quibus jam levis est penna. Non
 prius aliquis conferat se ad Martis clas-
 sica; quam omnes scientiarum trans-
 grediatur classes. Non prius ad propi-
 nandum hostilem sanguinem extenden-
 da est dextera; quam Minerva ablaçlet.
 Non prius ad crudæ Martis bella ia cu-
 pidus convertendus appetitur; quam eñ
 Palladis satient cupedie. Nec solis mi-
 sitaribus ac Palladijs, etiam Religio-
 sis Casimirus gloriosus erat virtuti-
 bus. Equidem Mars irreligiosum est
 Janè Nomen, raro pietatem sub signis
 suis numerat. Hinc Vates Pelignanus
 canit: Nulla fides pietatq; viris, qui
 castra sequuntur. Hic tamen magnus
 bellator pietati erat addictissimus; ad
 quam & propria virtus, & throni to-
 riq; locia Dobrognèva incitabat, scili-
 cet Maxima est sors viri, pia consorti.
 Invitatis Cluniacò Typeciam Bene-

dictinis arcem cum centum pagis ad
 novam obtulit Coloniam instituenda.
 Lublinense quoq; oppidum ad
 erigendum tradidit Monasterium :
 multisq; alijs pietatis artibus, Numi-
 nis & Divorum cultum promovebat:
 ratus certissimum perennaturæ felicita-
 tis omen esse, in cultum Numinis etiam
 toto divitiarum ire apparatus. Ad ha-
 rum familiarumq; virtutum exercitiū,
 à teneris fuit institutus. Profecto
 omnem ætatem informasti, qui juven-
 tutem erudijsti. Inscripti teneriori tilie
 caracteres, etiam in arbore leguntur
 Equos & arma trahabit vir; quem pu-
 erum in hippodromo & arena exercu-
 erit. Puerum sapiet etiam senex, quem
 adolescentem maturi mores non forma-
 verint ad senectutem. Vis sana à viris
 consilia? consulta à senibus oracula?
 fac ut tenior ætas inter Consiliarios
 & sapientes versetur. Ubi adoleverit,
 reddet quod accepit. Echo juventutis

est senectus: Habebit venerandos sapien-
 tiâ sener Senatus; si adolescentes sapien-
 tiæ institutis erudierit. Ad virtutum
 complementum hujus Principis & il-
 lud accedit; quòd ægram post sep-
 tennale interregnum Rempublicam,
 lenta curavit manu. Præfestinata nã-
 que medicina exacerbatur malû. Me-
 dicus impatiens est peior morbo: lentè
 quandoq; obsequendum infirmitati; ut
 ad medelæ obedientiam trahatur. Vul-
 nera nisi leniter tracta tractataq; fue-
 rint; non sanantur. Dulcia sunt medicâ
 vulnera facta manu. Cum mora, vitia
 curantur & morbi. Non sunt festiva,
 quæ sunt festina. Demùm pijsissimi
 Principis mortem ingens præcessit
 Cometes: iter forsitan ad cælos mô-
 straturus. Cessit satis anno Domini
 millesimo quinquagesimo octavo,
 88, Novêbris, tumulatus Polnaniz.



DECAS III.

IMAGINUM.

IMAGO BOLES LAI
Audacis.

Boleslaus numero, non regnans,
 Bate secundus, cognomento AU-
 DAX, Casimiri I. filius decimum Ge-
 rum ætatis annū nō sū egressus Re-
 gnū, & paternum obtinuit diadema.
 Bohemicis, Silesicis, Hungaricis &
 Russicis palmis toties insignis vi-
 ctor, insignior foret; si suis
 passionibus non succubisset. Forti-
 or namq̄ est, qui se, quā qui fortissi-
 ma vincit mœnia. Meliūs semper triū-
 phat victrix sui majestas. Latius im-
 perat, non plura, sed qui se domuit
 suis invictis armis. Magnus esse victor
 nequit, qui suis cupiditatibus est minor.
 Nullum fortius est, quā quod secum
 geritur prælium. Nulla gloriosior, quā

Hs

de

Victor non dicitur

de se ipso victoria. Illa gloriosior lau-
 rea, quam victor animus decerpfit ex
 sei ipso. Qui refugit sui Rex, esse, regni
 nesciet exieri Quicumq; dat sibi regēdo,
 ille potest dare jura mundo. Non infe-
 liciter ille alios gubernat, qui sibi ipsi
 parere didicit, & imperare. Ipse sibi
 consul & civis, ipse rex & colonus.
 In glorium est extra se dominum, intra
 se servum esse. Hic ergo Rex imme-
 mor inglorium esse, assuetas scepro &
 capulo manus Veneri dare; & pro au-
 rea directionis virga, muliebri myrto
 pudēde gloriari, relicta Bellonæ &
 Martis acie, ad illa, transit castra,
 de quibus Pœta: Militat omnis amans,
 & habet sua castra cupido. Fcedā hanc
 Regis militiam S. Cracoviensis An-
 tistes Stanislaus Ecclesiasticō ferit
 gladio, quo veluti fulminis ictu tacto
 Boleslaus exarsit in iras: quas nonni-
 si præfuleo sanguine retingendas
 ratus, sacrificantem ad aras Præfulē

pro-

propria cecidit manu illoq; gladio ,
 quo tot hostes vicerat , & auream
 Kijovizæ portam secuit ; Divo Stani-
 slao lethale infixit vulnus ; simulq;
 tot victoriarum memoriam innocen-
 tissimo Martyris sanguine delevit.
 Insolens hoc ultra audaciam facinus,
 sumus Pontifex in omnibus Poloniæ
 Ecclesijs punivit interdictio. ipsumq;
 Regem Eccl. siasticò castigavit ana-
 themate. Boleslaus ergo regnò , &
 subditorum obedientiã exutus, qua-
 linam morte decessit; certò non con-
 stat. Ferunt Poloniã profugum, per
 præruptos Pannoniæ montes vaga-
 bundum, & impoem mentis sua fata,
 quæ tyrannos fugiunt, quæssivisse.
 Alij asserunt atroci canum morstu
 esse dicerptum: quanquam sævidis
 illum, patratum mordebat scelq;. Nul-
 lus enim anquam crudelior fuit tortor,
 mala conscientia. Nullus seviror carni-
 fex, quam mens sceleris sui conscia.

Ipsa

Ipse reus animus instigator est sui, li-
 flores tunc affectus. Habet intra se ma-
 cellum reus conscientia, ut diram e-
 xerceat lanienam Non est crudelior
 morsus quàm mens, male conscia; quæ
 patitur tormenta sine carnifex, & uces
 sine tortore. Unde inquit Seneca: Pri-
 ma & maxima peccantium pœna est
 peccasse. Quos diri conscia facti mens,
 habet attonitos, atroci verberare cœdit.
 Mordax culpa malum tacito cor exedit
 iclu. Heu quantum misero, pœnæ mens
 conscia dona! nocte dieq; suum versat
 sub pectore testem, occultum quatiente
 animo tortore flagellum. Invigilant a-
 nimo, scelerisq; patrati supplicio exer-
 cent culpæ. Malis si desit carnifex; si-
 bi ipsi non desunt. Sunt qui referunt
 Boleslaum in quodâ Carinthiæ Mo-
 nasterio propè Villacum, post præ-
 viam pœnitentiam, sanctius quàm e-
 gerat, vitam finivisse. Si ita est, glo-
 riosus post ingloria facinora exitit
 Boles.

Bo-
 ma-
 me-
 vita-
 Ra-
 dat-
 vita-
 nar-
 ulti-
 te-
 qu-
 fin-
 ex-
 per-
 cul-
 sib-
 sci-
 fo-
 tiffi-
 V
 au-

Boleslaus: etenim res omni miraculo
 maior, si quis cum pessime vixerit, opti-
 me moriatur. Prodigium est, dissimilem
 vite studijs mortem alicui contingere.
 Raro bene moritur, qui male vixit. Non
 dat triticeas spinarum semen aristas,
 vitaq; nec mortem dat male dicta bo-
 nam. Mors vite echo est: respondent
 ultima primis. Misera mors pessime vi-
 tae lucrum est. Hoc tamen est certum,
 quod varia, quae male sibi conscius
 fugebat, metuens pericula profugit
 ex Polonia: nimirum conscia mens se-
 per quod timet, esse putat, fontibus in-
 cubat horror. Conscia mens sceleris,
 sibi mille pericula fingit. Mens con-
 scia facti et timet, et paenam gignit
 formidine poenae. Sini sane omnia tu-
 tissima; si male conscius es, formidabis.

IMAGO VLADISLAI I.

VLadislavus hoc nomine primus,
 dictus Hermannus, Boleslai
 audacis frater, Cracoviz electus suc-
 ces-

Ignorans hystoria.

cessit in Regnum. Regiō diademate
 in p̄nam occisi Divi Stanislai priva-
 tum. Vir erat sui nominis, virtutum
 gloria celebris, par summis Regibus,
 solo duntaxat Regis titulo minor. Re-
 ligionis præsertim, humanitatis &
 clementiæ amantissimus fuerat Prin-
 ceps. Sancitas à Prædecessore suo
 leges, libero Poloniæ gentis genio
 graves abrogavit, Poloniam interd-
 cto Pontificio liberavit. Rebelles
 Prussos, Pomeranos ac Bohemos, qui
 se iugo exemerant, ultore & victore
 ferro sibi Regnoq; subiecit, ope Sie-
 ciechi, exercituum Poloniæ Ducto-
 ris generalissimi. Clarius virtutis
 suæ præbuit documentum, dum Zbi-
 gneo extra legitimum thorum nato
 filio suo primum arma sibi inferenti
 deinde ad paternos pedes supplici, vl-
 tam, quam ferro adimere potuit, do-
 navit, malens filii spectare lacry-
 mas, quàm sanguinem. Ratus nimi-

rum

rū gloriosus esse triumphus gen de eo, cui
 parcitur; quam qui ultricibus & victri-
 cibus armis debellatur. Utiq; corpora
 magnanimo satis est prostrasse leoni.
 Pugna suum finem, cum iacet hostis, ha-
 bet. Boni Principis est parcere subjectis,
 & debellare superbos. Satis est victo-
 riæ, cum sponte inclinata ad pedes ca-
 dat protervia. Optimum victoriae ge-
 nus est, si ei parcas, quem vincere po-
 tuisti. Et certe pusilla animi est vindi-
 cta velle sumere: gloriosum est cum
 Tiberio ridere iniurias; aut cum Tito
 aspernari, gloriosius cum Theodosio con-
 donare; gloriosissimum cum Augusto e-
 tiam muneribus rependere. Et quam-
 vis cresci; si pateris, felus secundo
 caput tollit in otio impunita protervia.
 Hic maximè sevit, qui parcit malis. Ni-
 mia clementia peior est crudelitate, dum
 parcit, ferit. Nihilominus multa aspe-
 ritate subditorum animi exulcerantur:
 iniqua est iniustitia, licetorem cum securi

adhiberi, ubi sola proficeret virga. Interdum melius est ægrotare, quàm crudeliter sanari. Irritantur scelera, quàm nimium & sæpè vindicantur. Ad veniam sit pronior, quàm ad pœnam Princeps, paucis supplicio gravis, utilis debet esse universis. Durant, quæ non dura. Cæterum optimus Princeps in hoc toto erat malus, quòd in Siéczechum plùs æquo erat bonus, eius nutibus & arbitrio nimium se permittebat. Namq; malè audiunt etiam optimi Principes, si plùs æquo fiant boni. Inconsulta Principum bonitas, pusilli animi est indicium. Ministri auctoritas non postponenda, sed Principis maiestas præferenda. Nihil potestas Regum valet, nisi valeat & auctoritas. Iis limitibus Principum ac Ministrorum circumscribenda fortuna; ut & illi non obliviscantur se dominos, & hi meminerint se esse servos. Hæc sit Principis & servi concordia discors, ut servet studiis fædero

dera quisq; sui. Quamquam post of-
 fensus Vladislaus Sieciccho familiari
 sua in aula, nimios in eum amores oc-
 culis castigavit. Scilicet gratia Magna-
 tum nescit habere statum. Nihil citius,
 quam Principum favores decoquuntur.
 In tragicam impingunt scenam, qui auli-
 cæ vite exercent actum: eadem est om-
 nino fides aulæ, quæ mobilis auræ. In
 aula non minus certò interitus gratiæ
 expectandus est, quam vitæ. Regum
 sollicitus quicumq; moratur in aula; aut
 fuit, aut semper postulat esse miser. Per-
 culosus aula oceanus est, multorum in-
 famis interitu. Nemo, gradus nisi per
 plures ascendit in aula; ad descenden-
 dum, plus satis unus erit. Hinc monet
 Pœta: Est aula portus, spes tua naviget
 vicina ripæ. Stet quicumq; volet potens
 aulæ culmine lubrico; te dulcis saturet
 quies. Et Valerius Maximus: Elige
 securitatem, ridens tugurium; quam tri-
 stem curis & solitudine aulam. Nam

Aula. 13

an

aula profanata est sedes aptissima mē-
 ti; est hilaris, gaudens vultu, spe dives
 in mi. Aula inter fomenta, occulta
 sunt tormenta. Inter molle aulicorum
 abyssos, calamitatum reperitur abyssus.
 Regnavit Vladislavus annis 20. cessit
 fatis anno ætatis suæ 59. Plociæ tu-
 mulatus.

IMAGO BOLESŁAI

Deformis at Krivousti. Bellicosus

AD bella plarè natus Princeps Bo-
 leslavus Vladislavi magni bellatoris
 non minor filius, pro puerili præte-
 xta, militare portabat sagum. Non-
 dum puer, iam miles; prius ferè gla-
 dium, quàm solem vidit. Novennis
 namq; ad castra profectus, militiæ
 rudimenta positurus, in ediam, vigi-
 lias, intomnes sub die noctes; cæteraq;
 Martis incommoda tolerabat. Potu-
 it de se dicere illud; *Infans sum vultu,*
sed spiro corde Gradivum. Sic pænè
 primus prodiit in adulescentia argyrea cunio.

Virtuosus.

Exit.

Exiguo t. ucer: ex ungue noscuntur leonē
 nes, & tenero Iouis ales unco. Nescit
 sub ipsi gloria fasciū latere: nescit ido-
 neus tepere parvis ardor in artibus.
 Quasi verò illud tibi dictum putaret:
 Angustam amici pauperiem pati robu-
 stus acrimilitia puer condiscat, & Par-
 thos feroces vexet eques metuendus ha-
 stā. Implevit illud Boleslaus, quō
 post Sarmaticus Vates ad bellicos au-
 sus animabat iuventam; Pulchro Qui-
 riter pulvere gaudeat impubis etas: &
 strepitum & minas, iam nunc & auda-
 ces tumultus à tenero meditetur ungue.
 Visoq; primū sanguine, gestiat inter-
 cedentum signa: neq; eligat, quō lesa
 post pugnam reclinet colla thoro. Soli-
 diq; somnum commendet armis: aut
 clypeo super effusus, aut se cespiti ex-
 plicet per summa, non pacis iuventae,
 & decorum pretiosus emptor. Ne verò
 patriæ fortunæ successor à paterna
 aliquando virtute discederet: Patris

sui imaginem à corde magis, quam à
 collo ferebat quotidie. Et quia meli-
 us est Majorum facta colere, quam I-
 magines; exactius eam expressit mo-
 ribus, quam pictor coloribus; memor
 illius; qui in Majorum sanguinem suc-
 cedit, in virtutem etiam succedat, est ne-
 cesse. Et quamvis illi os intorium ex
 morbo, agnomen Kryvousti dede-
 rat; firma vitium non erubuit, pul-
 chro virtutum apparatu contentus.
 Nimirum firma virum neglecta decet.
 Rarò forma viris (sæcula prospice)
 impunita fuit. Si à procul à nobis ju-
 venes, ut sæmina compta. Fide coli mo-
 dico, forma viriis amat. Non est dede-
 cori vultus deformitas, si quis viri-
 bus est conspicuus. Fortè aut de te illud
 dicere: Si mihi difficilis formam natura
 ne dedit; ingenio formæ damna rependo
 meæ, sed magis virtute. Bellica ta-
 men virtus in eo maxime enituit: cu-
 jus intuitu læpius loriceam, quam
 pur-

purpuram induebat. Henricum IV
 Romanorum Imperatorem exigua su-
 orum manu, numerosissimo exiit e-
 xercitu. Quo pacto docuit, virtute-
 rem bellicam geri, decerniq; non viro-
 rum numero. Errat quisquis militum
 roboram numerat, non aestimat. Virtute
 pugnant, non numero viri. Et una syl-
 vam sepius eruit bipennis. Et paucae
 sequuntur innumeras aquilae columbar.
 Saepè in minus numeroso exercitu plus
 animi latet. Virtute metiendus est miles,
 non numero. Zbignei spurii fratris
 armis provocatus, victoriam repor-
 tavit. Patrocinantem Zbigneo Bo-
 hemorum & Pomeranorum perfidi-
 am, ad rogam condemnavit; ut clari-
 us inter flammam illa orbi eluceret
 veritas; quod teme e suscepta scelera-
 torum patrocinia, plurimum ipsis nocent
 patronis. Cum Bohemico, Prussico,
 Moravico, Danico, Germanico &
 Russico Marte quoties conflavit, sem-

per victor exiit. Ut verò sui mili-
 tes non minus bellicosi, quàm virtu-
 osi forent; eos rigore militaris disci-
 plinæ ad virtutum studium compel-
 lebat. Non ignarus; Exercituum sce-
 lera, maxima in bellis gerendis esse in-
 fortuna. Absq; virtutum suppetis ne-
 mo unquam felici Marte militavit. Illi
 militat æther. Et conjurati veniunt ad
 prælia venti; qui virtutum stipatur sa-
 tellitio. Ut militum virtutes certam pol-
 licentur victoriam; ita eorum crimina
 certissimum securæ cladis sunt augu-
 rium. Non est fortius ad vincendum ro-
 bur, virtute. Miles quem ducit in cam-
 pum virtus, non ad dubiam pugnam,
 sed ad certam pergit victoriam. Deest
 plerumq; sceleri fortuna. Et dissoluti e-
 xercitui moes non ligant trochæa. In-
 fallibilis illum exercitum sequitur inte-
 riu; quem antecedunt injuriæ. Quem
 gemitus pauperum ad castra comitatur,
 ille nihil refert è prælio, nisi vulnera. Et

cicatrices. Qui alienas prædatur fortu-
 nas, ipse plerumq; in acie Martis in
 prædam cedit libitinæ. Impossibile est,
 ut rem bene gerant in bellis, qui lacry-
 mas & execrationes pro viatico, ad ca-
 stra secum devehunt. Plerumq; innocuæ
 pauperum lacrymæ, proprio insolentis
 militis expiantur cruore. Repetet ho-
 stilis mucro graviori ictu illa vulnera;
 quæ insolens militis manus innocenti in-
 fluxit plebeculæ. Militarem tamen ri-
 gorem Boleslaus ducali leniebat libe-
 ralitate. Hinc Zelislas Duci contra
 Moravos strenuè dimicanti, pro amif-
 sa in prælio manu, auream repesuit,
 contulitq; dextram. Wiszeborscio ve-
 rò è prælio transfugæ, aliis exemplū
 fugæ perniciosè danti, leporinam pel-
 lem, fusum, & colum muneris loco
 submisit; ut sub se Leone Duce, eru-
 besceret esse lepus galcaus. Skarbi-
 mirum Palatinum Cracoviæ, cum
 Zaigniew & aliis sibi rebellem oculis

privavit: & in poenam tanti aulūs,
 Palatini Cracoviensis primatum in-
 fra Castellani subsellium collocavit.
 Hinc ad hæc usq; tempora Cracovi-
 ensis Castellanus præit voto & sub-
 sellio Palatinum. Bellicosus hic Prin-
 cept pluribus victoriis, quàm annis
 suum distinxit Imperium. Solum
 namq; triginta sex annis regnavit,
 quadragies verò & septies triumphavit.
 Russorum demùm & Hungarorum
 fraudibus circumventus, post
 cruentam hostilis ac sui exercitūs
 eadem oecubuit, Anno Domini 1139.
 ætatis suæ 54. Plociæ in templo Pa-
 rochiali reconditus. Discat hinc po-
 steritas, omnia humana vicissitudini re-
 rum esse obnoxia. Vincuntur etiam in-
 victi, & felicissimi fiunt infelices. Diu-
 turna quandoq; felicitas, infelici exitu
 terminatur. Rara est fortuna, quæ in-
 felicem non sortiatur eventum. Nemo
 ex istis, quos purpuratos vides, felix est.

In se magna ruunt; altis hunc numina
 rebus crescendi posuere modum. Nihil
 ominus eo ipso felix mors Principis
 bellicosi; quia in Martis acie reper-
 ta: namq; victore ferro se popularibus
 exemit armis. Ipsa fata fatiscere cogit;
 quisquis hostes caedendo fatiscit. Mar-
 tem a morte, unica licet discriminet li-
 tera; nunquam tamen Marte quaesita
 gloria, in sanguinis oceano naufragatur;
 quae eo ardet illustrior; quod copiosiori
 putatur extingui cruoris diluvio. Suam
 quisq; Heroum interitus gloriam habet.
 Victores & in morte sunt felices. Non
 solum vincere, sed etiam perire, mar-
 tia indoli est gloriosum. Fata viris vi-
 tam generant, famamq; perennem.

IMAGO VLADISLAI II. *Dezana*

Nemo Lucinae meritis onustos de-
 buit annos. Illi supremum Patru
 Patrisq; Scipio probrum, docuit scele-
 stos e bonis nasci; tenebrasq; clarum gi-
 gnere lumen. Id ipsum in se probavit

Adulteris K *amans.* Vla-

Vlad' flaus II. optimi Parentis Bol
 flai Krywoufti degener filius. M
 nimè illi paterna fuffragata est
 tus; qui vitiis erat deditus. Major
 fcilicet virtutes Avorumq; gloria,
 nepos inglorius, non reddunt gloriol
 Non sunt tua, quæ Majores egerunt
 cinora Nemo alieno splendore eva
 illustrior. Sua Phæbus trabeatus luc
 neq; adfcititiis refulget splendoribus.
 quisq; est dives & domestica felicitat
 beatus. Nihil prodest optimo patre
 tum esse, si ipse es pessimus. Nihil
 quam propudiosius vidit orbis, quam
 generes à Parentum & Majorum
 tute successores. Quos extincta virtut
 lux obtenebrat; eos auiti sanguinis spl
 dor non illustrat. Hæc in primo Reg
 aditu in vitium impegit: dum ut
 cus imperaret, fraerno sanguini p
 ricide indixit bellum. Ita certè
 ra est concordia fratrum: impotens
 gnandi libido etiam fraterno non pa

san
 succ
 vi
 igni
 Null
 bi
 sine
 dia
 ce
 Scant
 plice
 flau
 ce
 red
 Vla
 tos
 gar
 fuit
 tinx
 doq
 liu
 qui
 curi

cau

sanguini. Cedunt sanguinis jura, ubi
 succedit ambitio. Aliquando quos ute-
 ri unius angustiis incluserat natura, re-
 gni unius spatium ægrè sustentat fortuna.
 Nulla sunt magis robusta odia; quàm u-
 bi cognati sanguinis venas regni libido
 invaserit. Et quamvis preces præcor-
 dia ferrea tangunt; flechitur iratus vo-
 ce rogante Deus, & fusi precibus pla-
 scantur Numini iræ; nihilominus sup-
 plices fratrum preces rejecit Vladi-
 slaus, illi ergo diu in Polnaniensi ar-
 ce obsessi, tandem æquitate causæ e-
 recti, profunda nocte Ipe tumidos
 Vladislai milites vino somnoq; sepul-
 tos aggressi, succenderunt castra, fo-
 gârunt fuderuntq; exercitum, &
 suscitata odia cognato sanguine ex-
 tinxerunt. Ita certè inter ipsa quan-
 doq; infortunia nascitur felicitas. Faci-
 lius interdum vincitur qui sperat, quàm
 qui timet. Perniciosior non rarò est se-
 curitas apertis periculis. Ne victum il-

lum judica, quem vides prostratum: non
 raro victores vincuntur, victi trium-
 phant. Qui semel est fractus hostis, non
 contemnatur, sed timeatur. Non exspe-
 ctato vulnus ab hoste venit. Sæpè tuum
 levis fortuna victorem reliquit, & me-
 dios secuit triumphos contemptus hostis.
 Non puta miserum, quem vides infeli-
 cem. Veniet quondam felicior ætas.
 Quam negat præsens felicitatem dies,
 fœnore ingenti sequens rependit. Quod
 vexant hodie. Noti, cras lambent hilares
 æquor Ethesiæ. Mala tempora melio-
 ribus pensantur. Vladislaus itaq; ex
 acie & regno profugus, in exilio
 cum uxore & liberis delitescerebat, fru-
 stra sibi Conrado & Friderico Impe-
 ratoribus Romanis, restitutionem
 solli spondentibus. Hoc est nimie am-
 bitionis fatum, dum appetit aliena, sua
 plerumq; amittit. Multi quærentes ali-
 ena, seipso perdididerunt. Suae fortunæ
 fabri sunt avari, dum aureas sibi cudent

*compedes, manicas in se inluunt. Inter
 avaritiæ lucra, propriæ fortunæ inve-
 niuntur dispendia. Belli & cladis cau-
 sa fuit Christina Uxor Vladislai, na-
 tione Austriaca, Polonis infensissima:
 ex cujus natu & arbitrio quia rege-
 bat imperium; eo se indignam fecit.
 Nam non est dignus Imperio, cui impe-
 rat fœmina. Ignarus forsitan, quod
 fœmina etiamsi optimè velit, nunquam
 benè sapit. Prædictæ Reginæ instin-
 ctu Vladislavus Petro Dunin, antiqui
 moris viro, magis veritati & liber-
 tati, quàm majestati addicto, linguam
 abscindi, & oculos erui jussit. Certè
 si alicubi, in curiis vel maximè veri ac
 odium parit. Odit veraces aula asse-
 ctas, assentatores amat Parasitos. A-
 dulatio est meretrix aulica, cujus blan-
 ditii sæpius, quàm hostium ferrò opes
 Principum evertuntur. Rarò Principum
 lucratur amores & favores, qui blan-
 diri nesciat. Ineptus Principum est ob-*

sequio, quem assentationis gratia non
 commendat. Placent splendida menda-
 cia, etiamsi sint palpabilia. Nemo sus-
 os, sed Domini mores Cæsarianus ha-
 bet. Imò nec soli assentationi, verum
 multis vitiis locus est in aulis. Equi-
 dem in Regum ac Principum aulis, tan-
 quam in vera ac libera schola tyroci-
 nium ponitur publicæ lucis, sed obnu-
 bilatur virtutis fulgor. Magnæ aulæ
 sunt magna vitiorum receptacula. Eti-
 am ad innocentis Principis obsequia con-
 currunt, & sese insinuant grandia mun-
 di prope dia, quæ etsi sanctior Princeps
 proseribat, non semel sub mendace pro-
 bitatis larva revertuntur. Rarum est
 miraculum aulæ sanctæ. Rara avis in
 terris, nigroq; simillima corvo, aulicus
 probus. In aulis paria vitutum, ac vi-
 tiorum collegia, imò cælum cum tartar-
 o mixtum. Vetus est dictum: Exeat
 ex aulâ, qui cupit esse probus. Prodi-
 gio majus est, mores quos aulæ intule-

ris, integros extulisse. Coacta ad ritus
 aulicos probitas, eius ob aula exulabit,
 quam exultabit in tam insolenti foro.
 Inter odoratos nitores, & fædos aula-
 rum nitores, non est melioris vitæ odor.
 Inter omnia tamen vitiorum agmina,
 astus, simulatio & hypocrysis pri-
 matam tenent. Qui fidus nullis, effa-
 bilis omnibus, omnes decipit, hunc pri-
 mo suscipit aula loco. Fraus sublimi re-
 gnat in aula. Quisquis in ambigua se
 non accommodat aula omnibus ingeniis,
 non habet ingenium. Regulæ loco ha-
 betur hic illud: Dissimula, simula, quo-
 ties occasio poscit; Moribus ut morem,
 temporibusq; geras. Porro quantis sub
 hoc Principe Patria involuta fuit
 calamitatibus piget calamum recense-
 re; unicum id satis est innuisse, quòd
 magna populi est calamitas, uxorius Prin-
 cept. Cæterùm regnavit Vladislaus
 annis sex; satis diu, quia malè. Nam
 etiam breve Principum Regimen est di-

ut rnum, quod molestum. Quò brevius
 tyrannus regnat, eò melius. Tyranno-
 rum elogium est breviter regnasse. In
 malis Principibus hoc unicum est bonum,
 quòd cito moriantur, & non diu impe-
 rent.

IMAGO BOLES LAI

Misericos.

CRISPI. *Religiosus*

Boleslaus hic à cinnis capillo-
 rum Crispus vocatus, digna Kry-
 wouiti soboles, Regium Patris sui
 nomen, regis implevit virtutibus.
 Ac imprimis scepro potius, ut Pater
 Patriæ, civium erat amantissimus. Hinc
 exactionum onera à Vladislao Præ-
 decessore suo imposita partim immi-
 nuit, partim sustulit. Non ignarus,
 quòd nimia tributorum pondera, ipsam
 obruunt Rempublicam. Pressi & at-
 titi pauperibus labuntur imperia. Illa
 tributa à subditis perduntur, quæ non
 sine dolore à Principibus imponuntur.
 Nihil est gravius, illis Principibus, qui

Iustus. Vir. Consiliarius

mi-

miseram plebem faciunt tribulariam
 Religioni quoq; conservandæ ac pro-
 pagandæ, erat addictissimus. Sola-
 namq; Religio Reges & regna beat.
 Quidquid in Religionem committitur, in
 omnium fertur ruinam. Hinc Religi-
 osissimus Princeps, Prussiæ & Pome-
 raniæ Ducibus, armis Catholicam
 persuasit fidem. Ad instantiam Fri-
 derici Barbozæ Romani Imperato-
 ris, Vladislao fratri tuo cum Christi-
 na in Germaniam profugo, imme-
 mor suæ injuriæ, Silesiam pro ali-
 mentis concessit. Hæc nimirum solida
 est Regum gloria, injurias ulcisci bene-
 ficij. Nihil est in Principe gloriosius,
 quam si edomitam iam armis pertina-
 ciam, adhuc expugnet beneficiis. Illa est
 felicissima memoria, quæ non recorda-
 tur injuriarum, nisi ut condonet. Nulla
 pulchrior est victoria, quam injuriam
 vincere patientiâ & beneficiâ. Si-
 cut magnum malum est, malum ferre

non posse; ita magnum bonum est, vincere in bono malum. Quanquam majoris animi est injuriam nam agnoscere, quam ignoscere. Cum tibi aliquis injuriam adfert, noli curare; & vulnus omne curasti. Nec bellandi animus & dexteritas huic defuit Principi, duorum Cæsarum, Conradi & Frederici arma armis retorfit; Bohemos & Germanos à finibus Poloniæ ferò rejectit. Omnium armorum genera novit præter arcus cupidinis, victor sui suorumq; affectuum gloriosissimus. Et certè non sunt boni illi Reges, qui sunt Reges suorum, non sui. Primus Principis subditus, debet esse Princeps ipse: erit autem, si affectibus suis dominari noverit. Antequam iniret bellum; in more habuit, belli causam consilio explorare. Optimè gnarus, quòd Consilio meliùs, quàm viribus arma geruntur. Plus quandoq; potest consilium domi, quàm arma foris

ris. Ut vires quiescant, pugnandum est ingenio. Ab ingenio quandoq; plus virium habetur, quam à numeroſo exercitu. Magis ferit librata forti conſilio manus. Securior eſt victoria, cui pro galea, ſtat ratio & conſilium. Inexper- tis eſt temerè ad bella ruere; lentè fe- ſtinare, & præviò conſiliò, ſapientis. Felix Imperium, quod pacis tempore bellum prævidet; & Martem cogitat ante diem. Melius interdum capite di- micatur, quam manu. Artibus indomi- rum ſpirans mens Martia pectus, ſem- per felici prælia Marte gerit. Prævia conſilia & Ducibus prudentia, belli Dux eſto. Militis armet mucro manum, ra- tioq; caput. Porrò æquitatis memo- randum reliquit exemplum, dum Bo- leſtam Caſtellanum Viſnienſem, eò quòd Vernerum Plocenſem Episco- pum per ficarios peremiſſet, ſeveri- ſſimè iudicavit, rogoq; ad terrorem aliorum cremandum addixit. Scilicet

unius pœna, multorum est autela. Vi-
 tabit scopulos, qui alios subme-
 sere. Ubi insidiosa favilla unum
 adusserit, secundus attrere non
 audebit. Ibum expansis terrarum
 crimina velis; si liberum ubiq;
 cursum nanciscuntur, nec ulla
 remora insanos eorum impetus
 detineat. Et quamvis ingentium
 malorum remedia, nunquam suis
 carent periculis: nihilominus
 melius est periclitari, quam
 sceleribus patrocinari. Truncan-
 tur & artus; ut liceat reliquis
 securum vivere membris. Cæterum
 tot tantisque auctus meritis,
 post infaustum cum Pruthenis
 bellum, & diram per omnes
 provincias famem, gravi morbo
 correptus, fatis cessit Anno Do-
 mini 1173. ætatis 46. in arce
 Cracoviensi tumultus. Non ita
 tamen mortalitatis explevit
 leges; ut immortalis esse
 desierit: siquidem Virtus
 perpetuum sibi condit ævum.
 Virtus sepulchri nescia,
 funebrem non noscit urnam.

U
 nihil
 qui
 adf
 vix
 ries
 &
 sene
 non
 pau
 puer
 cet
 Cri
 sed
 acq
 can
 anir
 cer
 alti
 dra

116
IMAGO MIECISLAI
SENI S.

UT nihil pulchrius est, quam juvenis
morum canitie venerandus; ita
nihil turpius, quam levis & fatuus senex:
qui nihil aliud ad probandam aetatem
adferre potest; praeterquam quod diu
vixerit. Verum non longa annorum se-
ries, sed morum gravitas senes efficit,
& maturos. Saepe vir in puero est, in
sene saepe puer. Multi sunt, in quibus
non pueritia, sed puerilitas remanet. Non
pauci auctoritatem habent senum, vitia
puerorum. Est levior puero, longo li-
cet obsitus aëvo. Miecislaus Boleslai
Crispi frater, non ætatis beneficiò,
sed morum gravitate, senis agnomen
acquisivit. Quasi dixisset: Mento
canescant alii, nos mente: capillo, nos
animo: facie, nos pectore. Tempora
certè virtutem non prima negant, non
ultima donant. Illud ei apprimè qua-
drabat: Lata viro gravitas, & mentis

L

AMA

Regnum vobis dicitur

amabile pondus: quò possis, viso, dicere.
 Numen adest. Iam tunc canities animi,
 jam dulce loquendi pondus & ingenium
 venerat ante diem: ingenium cœleste su-
 is velocius annis, Hanc tamen laudem
 promeritus invenis, amisit senex. Ita
 fanè non semper respondent ultima pri-
 mis, equidem omne exordium augur est
 futuri exitus. Ut ab ortu futuræ diei
 præ sagimus serenitatem; ita à teneris
 juventæ unguiculis, secutura colligimus
 virtutis incrementa. Solet illustris san-
 guis in tenero adhuc infantum vultu,
 grandæva monstrare indicia, & in pri-
 ma atq; rasa tabula futuræ vitæ ima-
 ginem adumbrare. Nihilominus se-
 pissimè bonam juventam, flagitiosa ob-
 literavit senectus. Hic Princeps in
 privata extra solium vita mitissimus,
 in Regio collocatus throno, ferociâ
 superavit tyrannos, scilicet Honores
 mutant mores; sed rarò in meliores.
 Plerumq; cum fascibus crescit fastus.

Eli-

Etiam optimam indolem, quam indidit
 natura, sæpè magna corrumpit fortuna.
 Non rarò mitem genium purpura ef-
 feravit. Interdum dignitas, quos bonos
 invenit, fecit malos. Scilicet: Difficilis
 res est opibus non tradere mores. Et
 cum tot Cræsos viceris, esse Numam.
 Sub hoc Principe nihil in Polonia
 erat liberum, ne vox quidem. Ista
 libertas eo regnante fuit mancipata,
 nimirum: natura inimica sunt inter se,
 gens libera, & Rex avaritiæ supra mo-
 dum deditus, nihil sciebat, nisi aurum.
 In libra justitiæ, non rationum pon-
 dera, sed oblata munera ponderabat:
 nullus proinde eo iudice vicit causam,
 nisi dives. Severus aliis iudex, ini-
 quus sibi: crimina non in se, sed in
 aliis castigabat. Aliis scelerata puni-
 vit acerrimè, suâ connivente dissi-
 mulabat supercilio. Sic plerumq; illi
 gravius alienis irascuntur vitis; qui
 impensius amant sua. Illud duntaxat

in malis est bonum; quod sui similes o-
 derint. Ordinarius malorum rigor est,
 aliena plectere scelera, sua palpare. Se-
 veritati crudelitatem adjunxit, fero-
 cior in homines, quam in feras. Et
 quamvis crudelis Princeps ab omni-
 bus timeretur; ipse tamen magis time-
 bat omnes. Hinc Regalis Curia li-
 men, ferro terroreque armorum mu-
 niebat. Sed tutior est amatus quam ar-
 matui Princeps. Non sic excubiae, nec
 circumstantia tela, quam tutatur amor.
 Melius est amorum, quam armorum
 cingi satellitio. Pessimus Majestatis cu-
 stos, timor. Non eget excubiis, quem-
 cunq; tuetur bene satellitium, Et stricte
 si e cede secures. In gentes copiae non
 satis muniunt: cui muniendo non sufficiunt
 paucorum. Ubi communis est
 omnium amor, vel unus custodice satis
 est: Et omnis numerus parvus est, ubi
 est odium omnium. Impietas Et furor
 nullum arcium munimento nullum, armo-
 rum

rum praesidio sunt securi. Hoc est praecipuum munimentum, munimento non egere. Mali semper pavidi, quia semper rei: semper de praesidio solliciti, quia conscientia sceleris semper est obsessa. Qui sceptrum dum ô saevus Imperiô regit, timet timentes, metus in authorem redit. Sola metu virtus caret omni: exuta tribunal ambit, & a nullo fulminis igne timet. Illud soldan boni in tuo Principatu fecisse visus; quod bina extruxit Xenodochia: sed plurima fecit, dum plurimos nimis tributis & exactionibus oneratos, inopes miterosq; effecit. Optimis infensus consiliariis, salutaria spernebat Senatorum monita. Ignarus certè, quòd statueret omnia sine consilio, praesumptè felicitas est. Equidem omnia exequi ex aliena sententia, & consilio, servitus est. Nihilominus cuncta prohibitu absq; consilio agere, est temeritas. Praecipua boni Principis est prudentia,

alios prudentiores putare; nemo omnes
 neminem omnes fefellerant. Tot er-
 go tantisq; criminibus, Duce Gede-
 one Episcopo Plocesi, indignatus
 Senatorius Ordo, Regem, an potius
 tyrannum throno deiecit, & impo-
 tentibus maestra tractantis manibus sce-
 ptum eripuit. Discat hinc posteritas,
 quod nunquam in solium verstat so-
 lide plus equo imperiosa potestas. Im-
 feliciter imperant, qui Imperium licen-
 tia metuntur. Impotens Regum favor
 nulli magis nocet, quam sibi, dum ultra
 fas & equum se vi. Quod se altius ex-
 tollit superba felicitas, o gravius cadit.
 Qui nimium eminere ambit, ruit pro-
 fundius. Longo nisu in sublime contem-
 dit ambitus, nullo ruit. Ad fatalem la-
 psus, plus nimio satis est ascendisse.
 Suprema honorum meta, gradum in-
 preceps substituit. Magnarum molium
 ingenuum est, magnam molis, ac re-
 presentare ruinam. Sidum ipso ponde-
 re

re magna, ceditq; oneri fortuna suo.
 Ter quidem contra factorum contumaciam thronum reperere nitebatur Miecislavus; sed toties solio ac regno est pulsus. Regnavit annis tantum 4. Nimirum raro sunt diuturna improborum Imperia. Nulli scelesto fortuna diu felix fuit. Ad maturitatem non pervenit superba felicitas. Nihil citius, quam improbi decoquitur fortuna.

IMAGO CASIMIRI

Legu' (magis) JUSTI. Mitis

Post durum Miecislavi Regimen, Casimirus ultimus natus Krywousti filius, gratiosissimus Princeps successit in solium. Justum agnomen obtinuit eò, quòd causas justissime judicabat; nihilq; contra fas & æquum in regno tolerari voluit. Et certè, sublatà justitià nihil sunt regna, nisi magna latrocinia. Iustitia Regum, est pax populorum. Ius & æquitas, sunt vincula civitatum, & Imperium reddunt

Religionis L. q.

diu.

diuturnum. Regnorum basis, est justitia. Corruunt Regna, æquitatis administratio destituta. Justitia est scutum, præsidiumque vitæ, templum & sacrarium virtutum, omnium rerum divinarum, humanarumque robur & conservatio. Ut domus non cadat, fundamentum est opus; ut mundus non pareat, justitiâ & æquitate. Si justitiam in Principe non invenieris; ne ipsum quidem invenies Principem. In primo Regii honoris aditu, clementiâ & lenitate omnium sibi devinxit animos. Nihil quippè tam decorum est in Principe, quàm si Majestati jungat clementiam. Errat quisquis nimiam Principum severitate, majestati auctorem posse conciliari existimat. Tullius imperat quætuor ensis, tullius innocens chalybis, majestati que lætos imperio populos coercet. Princeps sit instar apis, quæ ubique mella fundit, aculeum verò non, nisi necessitate coacta stringit. Qui minus imperat, plus imperabit, qui cogit

cogit, ille minus populum movebit. Fle-
 ditur obsequio curvatus ab arbore ra-
 mus; franges, si vires experiare tuas.
 Singulare tamen lenitatis exhibuit
 specimen, dum impactâ sibi à collu-
 fore Equite, ad alearum ludum ala-
 pâ, percussori crimen læsæ majesta-
 tis donavit: seq; ipsam, quod ad æqua-
 litatem subditi demiserit, tanti cri-
 minis reum pronuntiavit. Quanquã
 non corrumpit lenitatis gloriam, debita
 in malos severitas. Crudelis lenitas est,
 quæ vitia palpat, non curat. Nimia cle-
 mentia non Regis virtus, sed regni virus.
 Qui malos sustinet, non clemens dicitur,
 sed ignavus. Ingloria laus est, & pro-
 brum clementiæ, iniqua patientia. Non
 irasci perversis, non est pii animi, sed
 perversi. Infelix illud regnum, in quo
 impunita feliciter regnat malitia. Pusil-
 li animi est, inconsulta clementia. Alie-
 na scelera facit sua, qui eis indulget.
 Ut multâ asperitate Principis exulceran-
 tur

tur subditorum animi; sic nimia lenitate solvuntur. Nihil boni sperandum in regno, ubi vitia magna regnum obtinēt. Magnum boni Principis arcanum est; ut subditos ad bonum flectat, rebelles plectat. Flagitia patrat, qui parcit flagitiosis. Nemo medicorum tyrannus audit; cum putido sanguine tuentes venas incidit. Ne renuas molli fomenta medentia tactu: seve manus Medici, ni premat, ulcus erit. Docet scelera, qui parcit sceleratis. Corruptit bonos, qui tolerat malos. Hinc effrenem Magistratum licentiam, despoticum in subditos dominatum Procerum, & profligatissimos potentiorum mores legibus cōercuit. Turbulenta verò seditiorum capita ferrò abstulit. Non ignarus, quòd nihil est perniciosius Reipublice, quàm civium seditio. Turbulenta capita, Reipublice turbant corpus. Inter domesticos dissidium, exitiale est regnorum venenum. Civium se-

Etæ, regna jecant. Seditiosi homines vi-
peræ sunt, quæ matris rodunt viscera,
fulmina sunt, quibus concipiuntur, iisdem
non parcunt nubibus, sed eas suo lace-
rant tumultu. Illud quoq; accedit in
laudem Casimiri, quod latas à Præde-
cessore fratre suo leges, liberæ gen-
ti graves abrogavit: pares verò ferē-
do instituit, & observari curavit. Nō
ignarus, quod legibus Respublica ad
diuturnitatem firmatur. Bonis legibus
et Reges, et regna conservantur. Cu-
stodia legum, est custodia Regum. Tria
conservant Rempublicam bonus Rex,
bonus grex, et bona lex. Non aliâ re
magis labefactantur regnorum status,
quàm violatione legum. Præsentis dun-
taxat sæculi, communis est lex, nullam
servare legem. Nihil faciunt leges,
nunc sola pecunia regnat. Pereunt di-
scrimine nullo amissæ leges. Nulla est
reverentia legum, nec metus, aut pu-
dor est. Multi sunt, qui attendunt legi-
bus

bus, ut alios convincant, ipsi verò vi-
 vant exleges, quibus quidquid libet, licet.
 Et quamvis Regem lex regit atq; gre-
 gem; & leges hominum Dominas, non
 homines legum Dominos esse oportet;
 sunt tamen, qui invertunt ordinem: non
 legibus subditi, sed leges sibi subditas esse
 volunt. Quia verò parum est Principē
 in homines esse bonum; nisi sit etiam in
 Caelites pius. Ideo religiosissimus hic
 Princeps, plurimas Deo, Divisq; ex-
 truxit Basilicas; Sacrum Divi Flo-
 riani Martyris corpus, ad tuenda re-
 gni confinia, à Romana Sede impetra-
 vit. Et certè frustra Poloni cingimus
 oppida muris, & arces arcibus addimus,
 delubra si squalent, & altis Caelituum
 viret herba tectis. Frustrà caduci ful-
 minis artifex moles ab alta turri remu-
 git; si mæsta respondere cantu templa
 negant, superùmq; pridem sacro stupe-
 scant æra silentiò. Dei cultus & Divo-
 rum, tutissimum est præsidium Regum;

&

regnum. Et illud non prætere-
undum, quòd Miecislao Haliciæ Du-
ci ereptum Ducalem titulum, vi &
armis vindicavit. Nec in solos cives,
regniq; sui amicos, etiam in hostes be-
nevolus exiit. Depresso namq; fœ-
difrago Prussiæ, Russiæ, & Polona-
rariæ fastu, veniam illis donavit. Tot
itaq; immortalibus factis plenus, in
festivo convivio de immortalitate a-
nimæ discursu facto, subitâ morte è
viviis est sublatus: immortalium scilicet
facinorum præmia ab ipso cœlo
recepturus. Bono enim Principi præ-
miando, sola par esse potest immortalitas.
Iusta iusto Principi persolva
Cracoviæ, Anno D. 1194. regni 12.

IMAGO LESCONIS

Saxæ Puer A L B I. *Rex bonus.*

Lesco Casimiri Iusti filius, ab al-
bo capillitio, albi agnomen sor-
titus, ante annos curamq; gerens, ani-
mumq; virilem, in puerili ætate ad so-

M

lium

Casimirus

Hum est assumptus. Cui mens ardua
 semper à puero, tenerisq; etiã fulge-
 bat in annis. Hi ore puer, pueriq; ha-
 bitu, se l corde sagaci æquabat se nium,
 atq; astu superaverat annos. De illò di-
 ci potuit: Cœpisti, quã finis erat; pri-
 mordia tanta, vide pauci meruere senes.
 Et quia teneris est lubrica moribus ætas;
 cum Helena matre sceptrum tenuit, sed
 haud feliciter. Nec mirum: Rectus
 pervertitur ordo, si fœmineis manibus
 sceptrum committitur: quas ipsa natura
 ad eulm destinavit. Majus miraculo
 est, si mulier bene regat: quæ regi, non
 regere nata, parere, non imperare.
 Verba & componere fraudes, hoc uni-
 cum didicit fœmina semper opus. Et
 crudele genus, nec fidum fœmina nomẽ.
 Nulla ferẽ causa est, in qua non fœmi-
 na litem moverit. Experta id Polo-
 nia muliebri sceptro subjecta, exper-
 tus ipse Lelco à matris genio pen-
 dens, & arbitrio. Ter sceptris pri-

vatus erat: temel à Miecislao Sene
 armis è folio deturbatus, deinde ejus-
 dem fraude captus, ex Imperio pul-
 sus; tandem à Polonis regno fuit ex-
 clusus: Sublato tamen è vivis Miecic-
 slao, rediit ad regimen non abiturus.
 Quod ita obivit; ut omnes Imperium
 sibi serò datum dolerent. Princeps
 tot malis eruditus; nulli nisi pessimo
 erat malus; Legum patriarum & cu-
 stos, & assertor fuit, rigorem justi-
 tiae clementiã temperavit; & fontes
 punire, & infantes tueri novit, ad
 honorum insignia dignos, & bene-
 meritos promovebat. Et certè feli-
 cior status est, in quo sub malo Principe
 ad dignitates adhibentur probi; quàm
 ubi ab optimo Principe elevantur im-
 probi. Periculosus ille honoris est ascen-
 sus; cui nullum virtus extruxit gradu.
 Praecedat virtus est necesse, comes è ve-
 stigio insistat honor. Magnus honor, ma-
 gnorum scelerum non paucos fecit ca-

ptivos; qui virtutem in suppeliis non habuerunt. Nemo dignior honoribus, quam cui virtus suffragatur. Nec solem latere, nec virtutem delitescere convenit. Optimatum nomen & gloria, non nisi optimis debetur. Par est summis, qui non impar optimis. Nullus est eminentior e proceribus, quam quem procer a virtus, & meritorum magnitudo ad sublimes honorum evexit apices. Reddit honoribus vices, qui eos emerita capeffit manu. Virtutis præmium, recte factorum merces, meritorum corona, debet esse honor. Et sicut bonis erat gratus, ita iniquis erat formidabilis. Romanum Haliciensium Ducem olim à se creatum, beneficii immemorem, provincias suas invadentem, felici Marte profligavit. Tantis tamen virtutibus non favit fortuna: namq; à Sventopalco Pomeraniæ Governatore callide in balneo circumventus, inde terminudus profugus, post feralium

un-

andarum usum, proprio sanguine
 immerisus occubuit. Ita certe à nulla
 majestate procul est casus. Fortune
 volucris ludimur impetu. Statum casibus:
 occidit quod surgit. Supremas quas de-
 dit, a feret fortuna mitras. Nihil soli-
 dum diu stetit: invicta fatorum series
 summisq; negatum stare diu. Excelsis
 prærupta adiacent. Quod est summum,
 proximum casui. Cælum ipsum, quo ni-
 hil altius occurrit aspectui, fatum ex-
 spectat.

IMAGO BOLESLAI

Castus PUDICI. *fortis*

BOleslaus Krywousti nepos, Pu-
 dici nomen sortitus eò, quod
 cum Cunegunde Regis Hungariæ fi-
 lia, thori & throni sui consorte, in
 perpetuâ vixerit castitate. Rara est
 virtus pudor in purpura, verecundiâ in
 curiis. Rarum pratium sine flore, rari-
 or juvenis sine amore, rarissima Prin-
 cipum aula cum pudore. Pudet plerumq;

Infornatus M 3

in

in aulis non esse impudentem. De viri-
 tutibus huius Principis non quære,
 ex Polonorum parcemia conice: ubi
 pudor est, virtutem ne quæsieris. Scilicet,
 verecundia virtutis index est. Ubi
 pudor regnat, ceteræ virtutes famu-
 lantur. Sanctus tamen hic Princeps,
 parem magnis suis virtutibus fortu-
 nam non habuit. Sæpè enim optimis
 pessima, pessimis optima eveniunt. In-
 qua rarò maximis virtutibus fortuna
 parcit. Conjurasse in eum visa sunt
 infortunia, ac imprimis Tartarorum
 armis, & Conradi Patruis sui bellò
 pressus, ad Belam Hungariæ Regem
 è patria fugere debuit. Subiecuta di-
 ram armorum messem ingens fami-
 pestifer àer, civium seditio, provin-
 ciarum à vicinis gentibus vastatio,
 innumeraq; regni mala sunt comita-
 ta. Nempe rarò solitaria incedunt ma-
 gna infortunia. Fatale malorum semen
 est, casus prior parit sequentem. Sæpè

præfens malum gradus est futuri. Mi-
 seriarum non finis quaeritur, sed male-
 ria mutatur. Vocant se in subsidium ca-
 lamitatis: nec si e earum mutua soci-
 etate sita e potest faciorum malignitas.
 Tantò tamen illustrior erat Bolesli
 virtus; quantò fortior in adversis.
 Nemo e apparet virtus, arguitur q̄ ma-
 lis. Magis spectatur, qui læsus ex præ-
 lio, quàm qui integer domum redijt. Tã-
 tò erat dignior & laudabilior Prin-
 ceptus; quantò patientior. Scilicet, ad-
 versis probitas exercita rebus, tristi ma-
 teriam tempore laudis habet. Quisquis
 duros casus virtutis amore viceit, ille
 sibi laudemq̄, decusq̄ paravit. Nec ca-
 ruit solatiò longa Principis patientia,
 eluctatus enim ex malorum congerie,
 & Conradum Poloniæ regnum am-
 bientem, Bolesli Regis Hungarorum
 suppetiis fultus, armis còcreuit; &
 Tartaros prædam in regno agentes,
 ferro expulit. Henricum quoq̄ Vra-

Flavientem Ducem, cum numeroſo
 exercitu graſſantem proſtigavit; Jaz-
 wingas unò præliò ad internecionè
 delevit: Ruſſiam demùm, Sileſiam, &
 Moraviam vindice gladio ſubjugavit.
 Sicq; flebile principium, melior fortuna
 ſecuta eſt. Et certè creſcunt difficili
 gaudia jurgio. Gaudia præmiſſi cumu-
 lant inopina dolores. Vera proles lacry-
 marum eſt voluptas. Ceu rore ſeges vi-
 ret, ſic creſcunt riui gaudia fleſibus.
 Multa dies, variuſq; labor mutabilis æ-
 vi retulit in melius. Sæpè tulit laſſis ſuc-
 cus amarus opem. Sæpè è lovis telò quer-
 cus adaſta vincit. Gaudet emi ſummis
 venalis fama periculis. Mæſtum ſol ho-
 die caput, & aſ letum roſeo promet ab
 æquore. Alternò redeunt chorũ, riſus
 & gemitus, & madidũ propè ſicci cum
 lacrymis joſi. Nafcuntur mediũ gaudia
 luctibus. Cùm leves viſent tua tecta ca-
 ſus, letus occurreſ. Pereunte luctu,
 ſuaviſſimas. & pax ſubeunt: eoſdem ſæpè

Penates. Imò dulcius est post adversa
 solatium, gratior post decumano: flu-
 elus malacia. Dulce loqui miseris, ve-
 tereſq; reducere questus. Porrò rebel-
 les seditionum civium animos, quos
 aurò non flexit, plexit ferrò. Tur-
 bulenta nam q; civilium seditionum capi-
 ta, ferrò quandoq; facilius domantur,
 quam aurò. Cæterùm inconditos di-
 scordantium Polonorum mores, salis-
 fodinis ad vota Cælegundis suæ cœ-
 licus apertis temperavit. Tandem post
 tot thori throniq; miracula, exactis
 in solio annis 32. ad cœlum pro pu-
 dicitæ præmio evocatus. Nullam
 reliquit posteritatem, præter Regiæ
 innocentæ famam immortalem.

IMAGO LESCONIS

Domitor NIGRI. *gurgior Civitatis*

LEsco hic Dux Siradiensium, ab
 atro vultus colore Niger ap-
 pellatus, post pudicum Regem Pa-
 truum suum, in fortunæ & gloriæ

M 5

hære.

hæreditatem successit. In ipso regi-
 minis exordio bellum cum multipli-
 ci hoste nactus, pro Ducali tiara
 militarem galeam assumere debuit.
 Verùm tutelæbus Divi Michæelis
 suffultus suppetiis feliciter illud su-
 peravit. Ingentes Russorum, Tarta-
 rorum, Lithvanorum, Jazwinga-
 rumq; in Palatinatu Lublinensî graf-
 santium copias fudit fugavitq;. Scili-
 cet, *feliciter in prælio vincit, cui Cæli-
 tûn adsunt suppetiæ.* Sed atrocius ho-
 stili domesticum in Patria discordan-
 tes cives movèrunt bellum. *Meliùs
 enim est ab externo hoste premi, quàm
 à domestico opprimi. Pejor est bellò pax,
 quæ arcano ubere bell: lactat. Hone-
 stiùs est cum hoste bellum, quàm pax ci-
 vibus turbulenta.* Nihilominus ut fe-
 lix in hostico victor, ita gloriosus in
 Patria exiit triumphator: ubi civi-
 bus supplicium ob seditionem pro-
 meritis, veniam & viam supplicibus
 dona-

donavit. Et certè tot civicas meretur coronas Princeps; quot perire volentes servat cives. Fædantur triumphales viclorum lauri; si civili sanguine polluantur. Melius est unum servare civem, quàm mille hostes occidere. Illa maxime corona viclorem Regem decet; quæ à servatis civibus, civica appellatur. In bello civili, & qui cadit, & qui cedit, æque est inglorius. Pulcherrima est virtus, civilis sanguinis parsimonia. Turpissimum vitium, civium laniena. Nulla in bello civili victoria, citrà vitium. Nullus de civibus triumphus, citrà crimen. Tantæ verò moderationis animi, & lenitatis erat Lelco; ut ne in hostes quidem captivos sævire voluerit. Vincere enim hostes, heròum est; sævire verò in eos, tyrannorum. Est vinci miserum, non semper vicisse, decorum. Tantis tamen armorum animorumq; viclor fuisse gloriosior; si illatas sibi leves à Conrado Mazovix

Duce injurias; ferro & igni non vindicasset; cognatoq; sanguini funestum bellum non intulisset. Magnus enim est Princeps, qui magnitudinem suam non tam imperio, quam imperii moderatione, non tam hostium, quam hostilium suorum effectuum victoriis metitur. Ultionem hanc civina Nemesis castigavit. Mox enim aggressi Lesconem Tartari, potiori ex parte prædatorem ejus exercitum, ad tartara transmiserunt. Lesco verò turpiter è prælio profugus, multos suorum alienis prædis onustos, trajciendo flumen ad stygem misit. Tandem rediit in Patriam amisso exercitu, & ipse in spoliis cessit morti, Anno Domini 1289. Ex hac catastrophe istud erue documentum: Semper cognati sanguinis ultor DEUS; triumphales laureas, in ferales transplantat tæxos. Sæpe nimiam ultionis fitim, ultrix Nemesis proprio ultoris restringit lan-

guine. Vindicta lucrum est, in ipsa interdum vinci victoria. Quanquam & Conradus vel ideo vindex ferrum & ignem meruit, quod Joannem Czaplam Canonicum Plocensem, Scholasticum Vraislavientem, pietate & Doctrinâ insignem, innocenter impio mulctavit suspendio. Hic excommunicationis pœnâ in Synodo Łeczycensi latâ castigatus, sacrilegi in luit crimen. A Gregorio IX. tum mo Pôntifice absolutus, Lovicium pro Episcopatu Gnesnensi, cum adjacentibus bonis donavit.

DE CAS IV.

Imaginum.

IMAGO PREMISLAI II.

Premislaus Majoris Poloniæ, & Pomeraniæ Princeps, ablatam ob sacrilegum in Divo Stanislao, per Bo-

N. lesta-

Bonus sed infortunatus

Ieslaum Audacem, perpetratum cri-
 men, tandem aliquando, post duce-
 tos & quindecim annos Coronam re-
 cepit, inauguratus anno Regis Regum
 1295. vig. simâ sextâ Junii Gnelnæ, à
 Jacobo Swińka Gnelnensi Archi-E-
 piscopo. Princeps hic cum imposito
 capiti suo diademate regni curas sus-
 cepit, seq; totum commodis Patriæ
 & civium devovit. Et certè: Nihil est
 augustius, quàm ad universa boni pu-
 blici commoda, non verò ad superbiæ
 fastum coronam gestare. Dedecus re-
 gnantis est. Reipublicæ calamitas. Non
 illustrat eum principem fulgor auri, què
 communis damnat inopia. Nihil ma-
 gis intimum cordi esse debet Principis,
 quàm boni communi amor. Arma e-
 xui possunt à Principe, amor boni publi-
 c. nunquam deponendus. Sinè trabea
 a mori, vividissima frigesunt Imperia.
 Sinè purpura charitatis, frustra regium
 fulget paludamentum. Magneticum a-

moris est robur, regentia ferro pectora
 mutuo trahit in amores. Amor amorem
 ferit: amor amoris est planta, & fru-
 ctus. Hinc effecit boni publici, & ci-
 vium amantiſſimus Princeps, ut om-
 nium corda in ſui traxerit amorem.
 Sed fatorum invidia, magna ſolatia non
 concedit eſſe diuturna. Sors nulli puri-
 or unquam alluxit, nituitq; diu: ſed leta
 profanat luſus atrox, didicitq; diem
 ſpoliare ſerenò. Rarò felicitas perve-
 nit ad ſenium. Regna ut mare mo-
 nito vertuntur. Nunquam ſi cera bonorum
 ſors ulli conceſſa diu. Res DEVS no-
 ſtras celeri citatas turbine verſat. Una
 dies quandoq; parenti, quandoq; noverca.
 Nihil nimirum diu ſtetiſſe, nec perennio-
 re ſpe ſolidum radiiſſe, magni ſanxere
 Divi. Eſſet humanis aliquod levamen
 cladibus, ſi res caderent eadem, quàm mo-
 ra ſurgunt: ſed humant repente alta ru-
 ine. Dum namq; ingentes Premiſſaus
 meditatur actus, octavo regni ſui mē-

se à Marchionibus Brandeburgicis per
 insidias, vitâ simul & purpurâ est ex-
 xutus, ipsis. Bachi Hilaris ad parricid-
 ium abusi hostes dicatâ piculari-
 bus cineribus die, innocentissimam sui
 victimam in favillam redegere, & læ-
 tissimam gaudiorum scenam, tristi ca-
 tastrophe funestârunt. Sic nulli serene-
 no non inimicus fortune turbo. Alter-
 nat fortuna vices. Miscentur tristia læ-
 tis, nec populum toto pectore festa ju-
 vant. Ordinarius rerum humanarum
 stylus est, epinicia cum epicædiis confû-
 dere. Tristia lætisono funestant fata
 triumphos. Scilicet fors incerta vaga-
 tur: fertq; refertq; vices, & habent
 mortalia casum. Torva securibus for-
 tuna Reges destinat hostiam. Et quot
 coronavit, macello funereum parat in-
 tributum. Sæpè magna serenitas fulmi-
 navit. Sæpè feralis erupit tempestas, è
 felicitat & malacia. Hinc monet Pòeta:
 Ne malè mobili permittite fortunam ca-
 vine; ambiguis vehit illa ventis. Ima-

IMAGO VENCESLAI

Mentis BOHEMI. Coronae

Venceslaus Rex Bohemorum, scis
 sa in partes Republica, simul cu
 Vladislao Loctico Lesconis fratre in
 Regem est electus. Locticus tamen
 post quadriennium usurpato Imperio,
 propter impudentiae licentiam a Po-
 lonis rejectus, Venceslai laborioso
 Marte armis pressus non ta libenter
 quam reverenter cessit Imperio. Ita
 profectio, arduum est ad coronas iter. No
 ra o ad regnum ferream eundum est se-
 mita. Gloria difficili parata labore ve-
 nit. Post devoratos difficultatum boles,
 fructus laboris honor, datur in oblonium.
 Succedit serenum gloriae, postquam frons
 laboriosa depluit sudoris imbres. Illi
 fronti pulchrius incumbit diadema, quam
 laboriosa manus lavit sudore. Optimus
 honorum architectus labor, aeternum
 pervenaturae gloriae fabricat capitoli-
 um. Non attinget gloriae bravium, qui

N 3

de

dua Corone in uno Capite inspicit

*de si^o passu decurrit olympia. Ardua per
 præcepti gloria vadit iter. Nec iuvat ex
 facili lecta corona iugo. Imò sæpissimè
 sanguine cum multo regalis gloria ve-
 nit. Rarus in regalis auri possessio em,
 sine ferro venit. Sæpè regio diademati,
 præmittitur galea militari. Sæpissimè
 gladius scepro locum parat. Rarò pur-
 pure absq̃ humano sanguine rubuerunt.
 Rarissimè pomum aureum cedit in hono-
 ris obsequium; nisi prius mala ferrea de-
 gustentur. Princeps hic belli finem fa-
 cturus, connubiale foedus cum Rixa
 Premslai Regis filia, in sociam hœ-
 nã & thori assumpta inivit. Sed hæc
 rixa inter Polonos & odia erga Prin-
 cipem generavit. Ex eius enim con-
 silio Venceslaus in Bohemiam digres-
 sus, dum se oculis Polonorum subtra-
 xit, ab amicis est exclusus. Non sæ-
 per iudicio Taciti major est longinquæ
 majestati reverentia. Sæpè vapulat ci-
 vium odiis abjens Majestas. Princeps*

non visus, plerumq; fit invisus. Quamvis
 oculis, animò tam procul ibi amor. Ab-
 senti nemo non nocuisse veit. Multa
 de absentibus mala creduntur, plura &
 pejora narrantur. Et illud non levis
 odiorum materia fait; quòd ivadente
 Rixa abiturus in Bohemiam, exteris
 Imperii commisit fasces. Possim pa-
 ternis displicet incolis externa virtus,
 Frustrà muneribus publicis exotica præ-
 ficiuntur subjectis; dum domestica sunt
 paria, vel cerè aptiora. Cui melior do-
 mi, c' ipaxq; penne copii suppetit; fru-
 strà peregrinos laborat ad cytharà e-
 vocare Mæner. Cæterù a ex er^o Prin-
 ceps dum Polonos minus libi fideles
 credidit, fecit: dumq; falli timuit, fal-
 lere docuit. Quamq; iam & incredulum
 esse. & non circumspedon incredendo,
 non caret vitio: & omnibus credere, &
 nulli teneris est. Fide parùm, mul-
 tumq; vide, nam fidere multum, & vi-
 disse parùm, maxima damna parit. Prin-

eum oportet esse ita sincerum & fide-
 le; ut decipere non velit: ita pruden-
 tem & circumspectum; ut decipi non pos-
 sit: decipere mali natiu, decipi simplici-
 tatis est. Credulitas error potius, quam
 culpa videtur: est error nimium crede-
 re, culpa parum. Qui cuius quodvis
 credit; male creditur illi: quod credi mi-
 hi plus, hoc tibi credo minus. Fide, sed
 ab q̄ vide nulli jam credere tutum: ante
 retroq̄ vide, ne capiare fide. Princeps
 hic Venceslus in suo regno pere-
 grinus, mortuus est p̄ regre in Bo-
 hemia Pragæ anno D. 1305 ætatis 34.
 regi nris s. tumulatus est Vratisslavæ.
 Dilicet sub hoc Principe Polonia il-
 lud: Qui duobus præst regnis, alteru-
 tri deest, nec unum caput bino corp̄ ri,
 nec unus Princeps duplici regno sufficit.
 Sol unus, duo simul non illi strati hœmi
 spheris: quoties unus oritur, alteri occi-
 dit. Satiū est unum agere bene, quam
 multa male. Pluribus inuentur, minor est
 ad singula sensus.

IMAGO VLADISLAI

Virtute L O C T I C I, *Principis*

Non ex pusilla corporis statura, sed
 ex animo viri meiendi. Latet
 quandoq; in Pygmæis Giganteus animus.
 Non rarò in humili corpore, excellæ
 virtutis eminet proceritas. Parvæ quoq;
 res, magnis motibus aguntur. Unde glo-
 riatur non nemo: Corpore sum par-
 vus, sed mente cacumina scando. Hinc
 monet Pòeta: Corporis exigui vi es cõ-
 temnere noli. Maxima in exiguo re-
 gnabat corpore virtus. Parva necal
 morfu, spatiosum viperæ taurum. Aca-
 ne non magno, sæpè te retur aper. Do-
 cumentum hujus rei præbuit in se
 Vladislavus Loctici agnomine à cubi-
 tali ferè corpore appellatus. Prin-
 ceps hic ad summa natus, & virtutum
 magnitudine præditus, nihil habuit
 humile præter staturam. Et quia or-
 dinariè mali amores, corrumpunt bo-
 nos mores; omnes in eo excellas ani-

mi dotes, parvus Cūpido cum Vene-
 re minuit ac depressit: ideoq; olim cū
 Venceslao simul electus, regno thro-
 noq; pulsus est à Polonia. Aens
 tum virtutis erat Polonia; quia vitia
 Principum oderat. Aliis purpurata
 scelera rarò displicent. Speciosa sunt
 crimina, quæ in purpuris nutriuntur.
 Peccantium claritas nobilitat culpam.
 Pleriq; vitia Principum imitari, genus
 quoddam obsequij est. Plures sunt, qui
 pessimos mores sectantur, quàm qui in-
 sectantur. Non paucis probro est, Ma-
 gnatum vitia non sequi. Ab omnibus ple-
 no ore bibuntur, & alii propinantur
 errores, si eos ipse Princeps prior hau-
 serit. Sæpè Principes beasè agunt sibi:
 sed rarò malè agunt soli: quia subditos
 in bono exemplo rariùs habent sequaces.
 Invenit etiam æmulos infelix nequitia.
 Criminossissima sunt scelera paludata, si
 palam data. Namq; conspectiori lumi-
 ne proditur affine, magnis crimen hono-

Vitia sicut Annulis hauriuntur

ribus

ribus. Regium perenniori se scelus indu-
 it æternitate, Et inter omnes à populo
 recitatur annos. Annales taciti Regum
 delicta loquuntur. Nempe vita Princi-
 pum censura est populorum, eaq; perpe-
 tua; nec potest dari regalibus unquam
 secretum vitiiis. Postquam tamen exu-
 tus purpurâ Vladislaus, melioris vitæ
 induit mores; defuncto Venceslao
 admissus est ad solium. Hic impetra-
 to à Joanne XXII. Pontifice Maxi-
 mo, regio diademate (quod olim per
 totum quadriennium usurpare non
 audebat Venceslaus, cum quo divisis
 Republicæ suffragiis electus fuerat)
 Cracoviæ simul cum Hedvige Con-
 sorte sua est coronatus. Ab hoc tē-
 pore Cracovia coronandis Regibus,
 per legem est destinata. Ecce tunc par
 maximis animo, bis coronatus, bis est
 unctus. In ipso regni aditu armis ho-
 stium est impetitus, non fractus: quos
 ferrô vincere par non erat, ingen.ô

supe-

superavit. Namq; petendæ sunt ad ingenio suppetiæ, si alia desunt auxilia. Imò gloriosum est vincere ingenio quam ferro. Potentior est armis in bello industria & sit atagema. Ne itaq; Gediminus Dux Livaniz suos vastaret fines; eum sibi affinem fecit, filiâ Gedimini Casimiro filio suo elocata cû hac dote; ut bello capti Poloni, Poloniz redderentur. Tanto affinitatis nexu auctus Vladislaus, multa Cruciferorum millia aliquoties vicit, fugavitq; & ad firmandas pacis inducias cõegit. Didicit tum Polonia quòd ingens potentiz firmamentum est, vicinorum Principum amicitia. Exantlatis verò belli laboribus, dum tantisper respirare voluit; natus ad Martem Princeps exspiravit in Martio, anno Domini 1333. Si tamen exspirasse eum dixeris, cûm Herodès etiam post fata vivat. Quippe hanc Herodum interitus habet felicitatem, ut etiam post

mo
po
vit
pro
me
No
ete

C
mi
cor
ram
in
ram
sub
ita
for
sua
ne
mi
gna

mortem triumphant immortales. Vivit
 post funera virtus bellica. Mors ipsi
 vita perennis erit. Qui moriendo famam
 pro vita substituit; esse desinit, vivit ta-
 men: Vir bonus etiamsi moriatur, vivit.
 Non moritur, qui in suorum pectoribus
 eternum vivit.

IMAGO CASIMIRI

MAGNI. *Imendatus*

Casimirus Vladislai Loctici filius,
 cum Anna Conforte sua Gedi-
 mini filia, coronatus, à proceritate
 corporis Magnus vocatus, mensu-
 ram nominis non implevit: nihil enim
 in se habuit magnum, præ et statu-
 ram. Sed vana nominum jactantia. Ut
 sub magnorum nominum titulis desides,
 ita sub minorum nominibus, genero-
 sos sepe videmus. Parvum, id est vilem,
 suum quemque vitium facit. Nullus be-
 ne magnus creditur, qui cupiditatibus est
 minor. Sola virtus est, quæ nos ma-
 gnos facit, & maximis pares efficit. Si-

*ne virtute nulla est magnitudo, sed tu-
 mor. Quem propius polo procera vir-
 tutis statura magnanimis sociavit ausu,
 hic magnus esto. Princeps hic à Cru-
 cigeris paterno olim ferro subjugat-
 us, laceffitus ad bellum, Veneri non
 Bellonæ deditus, bellandi necessitatem
 neglexit: imò iniquis conditionibus
 ingloriam cum illis pacem stabilivit.
 Ita sanè sæpè bellicosus parentibus, igna-
 va nascitur soboles. Et quamvis pa-
 terna prolem fortius allicit, urgetq; vir-
 tutis; ille tamen rigatas hostili sangui-
 ne à Patre laureas, marcescere per-
 misit. Russiam nihilominus ter in e-
 am ducto exercitu subjugavit, &
 Republicæ corpori adjunxit: inte-
 rim hanc de Russis victoriam redux
 è bello, victus à Venere funestavit.
 O quam turpe est, si victoris armatas
 ferò manus, exarmat Venus! Si vic-
 trix dæcera pro triumphali lauro, me-
 retriciam præfert nyrium! Infelix il-*

le victor, qui regni provinciusq; subas
 clis, sei psu subdere nesciat, aut negli-
 gat. Ita sanè. Rara est felicitas, pax
 absq; vitiorum confinio. Sub lauro am-
 bitio, & insolens rerum usus crescit.
 Sub pacifica oleæ umbra, torpor, & a-
 nimi lethargus, plurimaq; vitia stabu-
 lantur. Arma bello, pace franguntur
 bellatores. Fortes Capua effæminat An-
 nibales. Verùm hanc Regis libidinè,
 ultrix divina Nemesis; immissa toti
 Regno fame, & pestilentia vindicavit.
 Ita profectò: Quidquid delirant Reges,
 plecluntur Achivi. Supplicium meruè-
 re potentes, turba subit pœnam. Crimen
 erat Domini, castigat pœna colonum.
 Exiles animæ subeunt sinè crimine pœ-
 nas. Quas meruit pœnas solus, digessit
 in omnes. Sæpè delicta Principum, luit
 innocentia populorum. Nihilominus
 Princeps hîc Vaticano tactus fulmi-
 ne resipuit, & quidquid in suis pravo
 exemplo destruxerat; postea sacra-

De

rum

pro peccatis suis, puniuntur populi.

rum Aedium constructione, comitate & humanitate in omnes, demissione ad singulos, pauperum ab injuriis tuitione, legum sancitis, libertati minime præjudiciosis, cæterisque innumeris virtutibus reparavit. Et quod maximum est, rem nomine suo, & magnis miraculis majorem præstitit, dū libidinosos correxit, & abolevit mores. *Facilius enim est, mortuum ad vitam suscitare, quam admissam libidinem animo excludere. Majus est depravatos cupiditatibus mores corrigere; quam cupidinem nunquam nôsse.* Insuper dicatam nominis sui recordationi urbē, extra Cracoviensia pomeria excitavit. His itaque ingentibus in Superos & Patriam meritis, impletâ magni mensurâ nominis, in venatione delapsus equo, ad Optimum Ter Maximum pro præmio rectè factorum est evocatus, anno D. 1370. Princeps hic coronatam per tot annorum seriem,

Pia-

Piaſti poſteritatem, exitu ſuo, velut
ultima clauſit coronide.

IMAGO LUDOVICI

q. natus. HUNGARI. Matr. caput.

Mirum eſt (inquit Sigifmun-
dus Imperator) quod cum o-
mnes recuſent exercere artem, quam
non didicerunt; nemo tamen recuſat
imperare, tametiſi artem imperandi,
quæ eſt omnium difficillima, nunquam
didicit. Ludovicus tamen Rex Hū-
gariz ad ſceptra Poloniz invitatus,
oblatus ſibi à Polonis faſces recuſavit
nec admiſſiſſet, licet peritus regimi-
nis, niſi importunis precibus vince-
retur. Et certè melius eſt ad honores
ferri, quàm ire. Feliciffima (vox eſt
Auguſti Cæſaris) Republica foret;
ſi à nolentibus gubernaretur: quippe
turpe eſt (inquit Plato) ultro, non ve-
rò coactum ad Imperium accedere. Ne-
mo Imperio magis eſt dignus; quam qui
noluit imperare. Nihilominus verius

O ; eſt

est illud: *Rarò beatà floret adoredà co-
acta virtus. Non bene respondet coacta
ingenia & Imperia.* Documento est
Ludovicus Rex Hungariæ: qui pre-
cibus Polonorum regnare coactus,
non ad vota populorum Republicam
gubernabat. Ad primum collu-
limen in odia civium impegit: èd
quòd sæpius ex Polonia in Pannoni-
am excurrens, Rex potius Pannoni-
cus, quàm Polonicus dici & esse ma-
luerat. Auxit odiorum materiam,
quòd se absente matri suæ Poloniam
reliquerat gubernandam. Non be-
nè gnarus, quòd parò heròum na-
nibus sceptrò, nata ad fustum manus,
benè uti nesciat. Virilis Polonorum thro-
nus, muliebri cedit Imperium. Unam dú-
taxat Poloni habuè e Vendam, que ut
se virum probaret, nutere voluit. Ab-
sente à Polonia cū Principe, longú
successit legum silentium, & nullis
non aperta via sceleribus. Magnum

nempè regni adfert momentum, Regum presentia. Ut solis, ita Regum absentia favet sceleribus. Urget presentia Turni. Prasente quis Rege modestior, se parviori dissipat agmine furor, videntiamq; quod is non patitur scelus ora Regum; at mox remcio Rege, licentia invadit amplius regna tumultibus. Imisq; permiscendo summa, indomiti quat æra vulgi. Cæterum Princeps hic, dum Ruffiam Poloniarum armis vindicatam, Hungariæ Regno adungere cogitat, Poloniaq; amplitudinem minuere meditatur, ipse vitâ & viâ est privatus, Anno Domini 1382. Ita factè patranda nemo non sibi destinat: at facti vanis pollicitis dies, varescit in pœctem, Et per omne secula præcipitunur horas. Humana omnia nihil sunt, nisi conceptus inchoati. Multa promitt speciosius possunt, quam fieri. Multa faciliù diuntur, quam fiunt. Sunt nulla in limite vota.

U4

I.M.A.

Præsentia Regum. nempè summa.

119
IMAGO VLADISLAI
Exemplum JAGELLONIS.

VLadislavus Jagello, Magni Ducatus
Lituaniæ Princeps, Olgerdi
filius, nepos Gedinini; regis & egre-
gis dotibus ac facta Hecevigis Ludo-
vici filia ductus, in Sociam vitam illam
expetiit. Principis hujus voto an-
uerunt Poloni; cum his conditionibus:
Ut imprimis relicta errorum caligi-
ne, Christianæ fidei face Hymænei
radis præluceret, item ut arces &
provincias, Litvanorum armis sub-
actas, Poloniæ restitueret: insuper, ut
Ducatum Lituaniæ, Reipublicæ ad-
daret: non ignari, unitam virtutem
esse fortiorem. Hinc Sarmaticus Iva-
det Apollo: *Sive rei belli agitanda,
sive pace; collatas sociate vires. Alta
centeni melius, recumbunt templa co-
lumnis. Fortius emicat unita virtus; am-
pliores juncta Thetys, decumat procel-
las. Magnum est conjunctio robur.*

Dum

Dum singuli pugnant, vincuntur univer-
 si. Unitas civium, Regum est unio &
 ornamentum, regnorum robur, & fir-
 mamentum. Hæc omnia Vladislaus im-
 plere appromisit: & fecit. Cracoviæ
 itaq; sacro fonte ablutus, suorum vo-
 torum compos, conubiali nexu He-
 dvigi est sociatus, & coronatus. Tan-
 ti Principis exemplum secuti plurimi
 Litvanorum, una cum Vitoldo Chri-
 stianam fidem ultrò suscepere. Sci-
 licet, Regis ad exemplum, totus compo-
 nitur orbis. Non opus est imperiò, ubi
 jubetur exemplò. Quidquid faciunt
 Principes, verbis quamvis sileant, exem-
 plò imperant. Morum quos fecit, præ-
 mia Doctor habet. Nobiliora tenent ani-
 mos, exempla pudicos. Dant exempla
 fidem, qui facit, ille jubet. Ex unius
 pictura, plurimorum imagines possunt
 effingi. Mobile mutatur semper cum
 Principe vulgus. Rex velit honesta, ne-
 mo non eadem volet. Facta Principum

non invitant, sed cogunt subditos ad imitationem. Nihil profunt verba, si absint exempla. Mutus Orator meliora suadet. Cultiores sæpè evadunt auditores, si non linguâ tantum, sed etiam virtutis morumq; limâ pertrahantur. Hæc est Principum felicitas, ut quidquid faciunt, sit pro imperio. Exempla Principum, sunt mores populorum. Et quia è sensu politicorum: In omni Republica, inter omnes regni curas, debet esse religionis, & rerum divinarum sollicitudo: Vladislaus Apostoli sanctus officio, totum sese propagandæ fidei studio devovit. Non ignarus, quòd Religione stante, summa perstant Imperia, hæc ruente, corruunt. Eidem pio operi promovendo, Cracoviæ Academiam erexit, accitis ex Pragensi Universitate Magistris Auctus viris & viribus Vladislaus, nec non compositis inter cives & cognatos internis dissidiis, arma vertit in Crucige-

ros. Horum tumidus Ordinis Magi-
 ster Ulricus, spe victoriam devorās,
 intento ad aras rei sacrae, Principi cū
 Vitoldo, binos misit gladios; cuncta-
 tionem exprobrando. Verūn Spes
 tumidae crepuere vento. Post peracta
 namq; divina mysteria, Vladislaus ag-
 gressus armis Crucigeros, quinquag-
 inta illorum millia ferro delevit, in-
 super captō Ordinis Magistrō, qua-
 draginta quatuor millia duxit in Po-
 loniam. Ita certē. *Qui in spem nimium*
ambitosus peccat, a vindice Nemese ple-
ditur. Non est nimium de fortuna prae-
sumendum. Meretur vinci, qui se vin-
ci non posse putat. Persepe in portu
fracta carina natat. Sape immatura
gaudia, adium hostibus praebeere ad
vincendum. Non exspectato, vulnus ab
hoste venit. Satiū est nimium cavere,
quā nimium audere. Ut verō totam
 victoriam Domino Exercituum, cu-
 jus auspiciō triumphavit, referret;

pericula ambitio. *quia*

quinquaginta duo hostilia signa, in re.
 Basilica Cracoviensi, in trophæum qua
 appendit. Exactis tandem 32. annis an
 in Imperio, Victor hostium, & zelo Pro
 fiffimus Orthodoxæ Fidei pro aga et
 tor atq; propugnator, ad cœlestem Re
 lauream est evocatus. Grodoci Ang
 no Domini 1434. Sub hoc Principe inv
 Anno 1414. Constantiensis Syno è L
 dus, Archi-Episcopo Gnesnensi, Ba
 Primatis titulum declaravit. sco
 Bu

IMAGO VLADISLAI III.

VLadislavus hic ingentem Jagello-
 nis Magni Patris nactus animû,
 in ipsa ætatis prætexta ad purpuram
 assumi meruit. Principum nempe in-
 doles, popularem excedunt mensuram.
 Præcoces sunt subimes Heroum animæ,
 in ipso ætatis flore maturescunt. Excel-
 sus, & ad magna natus animus, anno-
 rum superat numerum. Generosa indo-
 les supra ætatem sapit. Lentæ virtutis
 est, diuturnam sui expectationem face- ga

Belluorum infelicitates. re

re. Incitatie indoles ab ortu currunt:
 que diu dubitat virtus, rarò micat. Quæ
 annos exspectat, in herba emarcescit.
 Properat vivere, qui meritis distinguit
 ætatem, non annis. Et quia angustas
 Regum mentes, regni unius non capiunt
 angustie; ad Hungariæ regnum est
 invitatus. Ubi Albæ Regiæ mutuato
 è Divi Stephani capite, diademate in
 Basilica ejusdem à Strigoniensi Epi-
 scopo est coronatus, & inauguratus.
 Bulgariam, Rasciam, Romaniam vi-
 ctoris emensus Vladislaus, Amura-
 then Turcarum Imperatorem ab Hù-
 garia ferrò repressit, deletis in acie
 triginta Turcarum millibus. Sed nul-
 libi planè magna fortuna diu favet.
 Rarò & magna, & diuturna bona con-
 tingunt. Breves habent inducias, ma-
 gnæ felicitatis deliciae. Tragica est sem-
 per omnis magna felicitas. Rara est
 fortuna, sinè infortunii appendice: lon-
 ga præmia magnæ fortunæ, habent bre-

ves periodos. Nihil felicibus æquè cogi-
 tandum, quàm quòd possit esse infeli-
 ces. Non semper continuant Super-
 pleno concessa favore gaudia, succes-
 susq; novos successibus addunt. Sæpè lu-
 tata triumphis, desciscit fortuna datis.
 Iteratò namq; victor hic contra A-
 murathen præliò ad Varnam, acrius
 eum paucis suorum copiis in ingentes
 hostium turmas inVectus, fallente
 cursu equò, cecidit victima Chri-
 stianitatis: finitòq; vitæ curriculò,
 vincere & vivere desit. Ita certè,
 inter cruenta Martis certamina, vitæ
 rumpuntur stamina. Sæpè Martis in-
 ter tumultus, & ferocentis Bellonæ to-
 nitrus, fortunæ vitæ obnubilantur so-
 les. Mors cum Marte vi ei, alternaq;
 jura capessit. In eodem Marti campo,
 & triumphales lauri, & fatale crecūt
 cupressi. Esse solent pssim / lidis ini-
 mica triumphis fati: & funeres palmis
 innectere taxos. Quæ fœvet, hæc ferit
 Bel-

Bell
 ama
 pto
 cem
 tur
 da
 qu
 est t
 qua
 sta
 re.
 non
 cipi
 rup
 stan
 ma
 net
 cis
 eg
 fide
 tibi
 eni
 gen

Bellona dextera. Et inter ipsas lauros,
 amat periisse plausus. Glades hæc ru-
 pto cum Turca foederi, olim ad de-
 cem annorum spatium inito, impu-
 tur. Si ita est, etiam hosti data seruan-
 da fides. Stamina rumpit ei Lachesis,
 qui foedera rumpit. Enim verò nihil
 est turpius (inquit Atilius Regulus)
 quam si lem fallere, promissa non præ-
 stare, Et diis conentisq; non responde-
 re. Potius non promittenda fides, quam
 non præstanda. Nihil bene bonis Prin-
 cipibus cedit, si non sit integrum. Et incor-
 rupta fides. Gloria quanta si em præ-
 stare! at frangere pacta Principibus,
 magnum dedecus atq; nefas. Hinc mo-
 net Silius. Non rumpite foedera pa-
 cis, nec regnis postferre fidem. Aget
 agrum nocte dieq; despecta ac violata
 fides. Sanctam servate fidem; fulgen-
 tibus ostro, hæc potior regnis. Ignobilis
 enim animi est, tam facile fidem fran-
 gere, quam dare. Quamquam nulli fo-

dem suam magis obligant, quam qui e-
 am maxime violant. Regnavit Vlasia-
 flaus in Polonia annis 10. in Hunga-
 ria 4. adolescens propè vigesimum
 primum ætatis emensus annum. Prin-
 cept hic ad belli opera, à teneris um-
 bratili armorum exercitio sese habi-
 litavit. Equidem hæc est digna omni
 nobili juvenute occupatio, caput sapien-
 tiæ excolere, ut qui vel provincias gu-
 bernaturi sunt potestate, vel Principum
 solis allaturi consilia, non adferant in-
 curias inane caput: cui emergens crista
 sit tumultus emortuæ sapientiæ. Nihil
 miris privatus adolescens solas dum-
 taxat artes tractet; Princeps verò eti-
 am arma. Bellum, cui non præluditur
 inbratili armorum exercitio, occupat
 inexpertum. Discendum est in otio, quod
 agendum in bello: alias armis in exerci-
 tatus Princeps, parum fida Republicæ
 est salus. Rarus Princeps hostem non hæ-
 bet, ut armis non eget: sed si ipse ar-

ma non noverit; alienis Rempublicam
vix defendet. Sub hoc Principe, Zbi-
gniew Cracoviensis Episcopus, Du-
catum Severiæ pro Episcopatu Cra-
coviensi emit à Venceslao Ciesiński
Duce Severiæ

IMAGO CASIMIRI II.

Casimirus Vladislai frater, Magni
Ducatus Litvaniæ Princeps,
solo nomine secundus Patris danta-
kat & fratris auspiciis felix, renuens
ad coronam assumptus, nihil pro-
speri & gloriosi in suo gessit regimi-
re. Litvanis suis utpotè Patrioticis
plùs nimio favens, in odia Polono-
rum incurrit. Singularis enim Princi-
pum favor uni impensus, omnes reddit
offensor: qui uni parti sese impendit; u-
triusq; facit dispendium. Reges Regno-
rum soles sunt, omnibus debent esse com-
munes. Sol omnibus astris sese commu-
nicat, omnes stellas æquè lustrat ac il-
lustrat. Diurnum cum Crucige-

ris bellum infortunato Marte traxit
 potius, quàm gessit: nisi ex hoc for-
 tuito eventu prosperum Martem
 dixeris, quod Crucigerorum turba
 lenitati Principis, non armorum feli-
 citati succumbens, æternum fœdus
 cum Polonis inierit. Ab eo tempore
 Pomeraniæ & Cheshente territorium,
 de quo annis 180 ferro certaba-
 tur, Poloniæ regno est adjunctum.
 Crebris ad bella cum Crucigeris ge-
 renda exactioibus nimium fuit one-
 rosus. Equidem pecunia belli est ner-
 vus, sed enervantur cives, si hæc sæpi-
 us emungitur. Nec quies sine armis, nec
 arma sine stipendiis, nec stipendia sine
 tributis haberi queunt; videndum ta-
 men ne quid nimis. Exrema sunt vi-
 tanda & vetanda. Quod extra medium
 existit; turpe est & nocens. Non nimis
 emungas populum, sed viribus æqua e-
 xige. Quod est nimium, non est eximi-
 um. Sub nimio tributorum pondere sa-

medium

tu.

axit
 for-
 tem
 rba
 feli-
 edus
 ore
 torio
 aba
 um.
 ge-
 one.
 ner-
 epi-
 , nec
 sine
 ta-
 t vi-
 dium
 nimis
 ua e-
 cimi-
 e fa-
 uo

discunt cives, libentur regna. Grande
 ipsi telluri pondus est, gravis excelsi ri-
 bus Princeps. Sic et ab aqibus, ita à ci-
 vibus, nec omnia accipienda, nec nihil.
 Primum est tyranni, alterum boni Re-
 gis. Mariæburgi m. & alia propugna-
 cula à Crucigeris occupata redemit
 aurò: ut pateret, Nilum ita tutum es-
 se propugnaculum; ad quod gravis au-
 rò asellus nequeat penetrare. Nullus ex-
 pugnandis arcibus aries potentior cui ò.
 Nulla validior machina quam pecunia.
 Autum per medios in satellites. Et per-
 rumpere amat castra potentius ictu ful-
 mineo. Aurea clavi facile hostium pro-
 pugnacula referuntur. Difficil urbium
 portas vir Macedo, Et subruit amulos
 Reges muneribus. Inclisam Danaen tur-
 ris ahenea, Et pervigil malè observat
 Molossus, dum Jupiter aureus influit.
 Princeps hic aliàs nimis felix, fortuna-
 nata & numerosa prole fuerat bea-
 tus. Nam ex Elizabetha Alberti Im-

peratoris filia, regis & thori sui cō-
 sorte, se rem filias, & sex filios su-
 scipit. Ex quibus rara felicitate 4
 Reges erant: Vladislaus Bohemiæ &
 Hungariæ fasces rexit: Joannes Al-
 bertus, Alexander, & Sigismundus
 Poloniæ sceptrum tenuere. Divus
 Casimirus inter Cœlites relatus, ab
 Hungaris ad solium expetitus, mu-
 tatis eorum animis, Vltæ 24 æ-
 tatis anno ad fasces æternitatis est as-
 sumptus. Fridericus Episcopalis
 Infulis, & Cardinalitō bñetō fuit in-
 signitus. Decessit è vivorum nume-
 ro Casimirus, Anno Domini 1492.

IMAGO JOANNIS ALBERTI.

Joannes Albertus, Casimiri II. ci-
 gna propago, Princeps literis ex-
 cultus, in paternam assumptus soli-
 um, nulli Regum secundus, si par
 fortuna ingenio respondisset. Libro-
 rum lectione præsertim historicorū
 & astronomicorum impensè delecta-

et. Soga. et. Soga. ba.

batur. Afferens, nullum dignius Prin-
 cipe otium illo, quod literarium appel-
 latur. Et cerè Alphonsi Arragonù
 Regis judiciò: Princeps indoctus, est
 a sinu coronatus. Melius illi capiti aure-
 um incumbit diadema; quod antea sapi-
 entiae laurea mumbrauit. Feliciùs illa
 manu in superiorum rotantur sceptrà;
 quæ priùs tractavit pennam: tu iùs ab
 Academi umbris in apricum regis thro-
 ni evolatur. Præstantius est regio ca-
 piti ornamentum à sapientia, quàm à
 liora. Illæ coronæ sunt pretiosissimæ,
 Et fortunatissimæ; quarum frontem oc-
 cupat pretiosus unio Achates, Musis Et
 Apolline signatus. Illiteratus Princeps
 idolum est in scilio, Et sub aureo vell-
 re, stultam gerit oviculam. Rudes sub
 purpura animi eumentum sunt pecus.
 Majus affricano est monstrum, Princeps
 ignorans: qui caput est multorum, hac
 stringitur obligati ne; ut multa sciat.
 Neq; tamen literarum ardor, belli-

cum in hoc Principe imminuit fervo-
rem. Mars enim artem non excludit.
Bellis & libellis, feliciores parantur
victoriae. Optimè arma togæ, laurea
linguæ sociatur. Nec Apollo Marti, nec
Pallas Bellonæ obstaculo est, quominus
vincant, & triumphent. Imò fortius quàm
dòq; pennæ, quàm sagittarum pinnae
in hostes agunt. Etiam sedendo subinde
vincitur. Non semel increta manus
triumphavit. Fortius in militari arena
dimicat Athleta, literario inspersus pul-
verè. Luculento id probavit docu-
mento, doctissimus æquè ac fortissi-
mus Princeps Joannes, fuso fugat q;
ingenti Tartarorum exercitu. Po-
terat illud de eo dici: Tibi nec docti
desunt, nec Principis artus, mista sed
est animo cum Jove Musa tuo. Tu
modò bella geris, numeris modò bella
coerces. Par ingenium castrisq; togæq;
O felicem Rempub. icam! cujus Princi-
pi nec robur Achillis, nec consilium &

prudentia deest Nestoris. Et quia sæpe
 militari gloriæ inimica est fortuna; in
 bello Moldavico circumventus, &
 icto fœdere fœdè est profligatus. Di-
 dicit hic Princeps, non esse nimium de
 victoria præsumendum. Fallax est bel-
 li fortune; quæ vincere juvat, sæpe vin-
 ci permittit; quæ bellatorum dexteræ
 triumphales offert lauros, hæc eidem
 fatales ingerit cupressos. Incerti fallax
 fiducia Martis, mille mali species, mille
 salutis habet. Redux è bello minus
 prospero Princeps, dum tristem de
 suorum clade mentem, Hilariorum
 tempore, inter nocturnum larvato-
 rum gregem relaxare voluit; fœda
 in vultu notatus est cicatrice. Do-
 cuit tum suo malo Joannes, majesta-
 tem lenitati quidem, sed non levitati es-
 se conjungendam. Quod sol in cœli, hoc
 Rex in terris, ut unq̄ tenebræ dedecet.
 Nulla larva totum Principem legit. Prin-
 cipes publici regnorum soles, cum defi-

ciunt, tunc maxime spectatores habant. So
 Eminet indicio, prodita flamma suo: te
 quoq; magis tegitur, teclui magis aestuat Re
 ignis. Quis enim celaverit ignem? iumi in
 ne qui se nescit, proditur ipse suo. Cæte du
 rum dignus amore Princeps, in odia tri
 civium incurrit eò, quòd Callimachi ro.
 ex Italia profugi, Libertatis Polonæ ofa
 hostis consiliò utebatur. Et certè ofa
 peregrina consilia nunquam, aut raro vit
 vernacula odia non merentur. Mancipata enim absoluto dominio ingenia,
 nunquam benè de Libertate sentiunt. Sub
 iecta servitute ingenia, neminem ex li
 teris non vellent esse servum. Assueti
 tolerando iugo colla, omnium cervices
 cuperent esse sub iugo. Jam verò con
 scia aviæ libertatis pectora, nihil mi
 nùs didicere, quàm iugum pati Prin
 ceptis hic, postquam regnasset annis Nih
 propè novem, dum Turcicum me
 ditatur bellum, ipse Thorunii tactus ben
 apoplexiâ, cecidit in prædam mortis, me

bant. Solebat hic Princeps illud ex Socra-
 suo: te usurpare: Quinque hominum genera in
 suat Republica non sunt toleranda: Adulator
 umi- in palatio, meretrix in prostibulo, cupi-
 & te- dus Sacerdos in templo, falsus iudex in
 odia tribunali, fraudulentus mercator in fo-
 nacho ro. Et illud: Sex sunt aerario pernici-
 lonz osa: consilia bellicosa, ædificia sumptu-
 erte osa, munera pretiosa, natura litigiosa,
 raro vita luxuriosa, mensa gulosa.

IMAGO ALEXANDRI

ancie, **A**lexander M.D.L. Princeps, no-
 Sib mine & animo non impar Ma-
 ex li- gno Macedonum Regi, Polonorum
 sueta regale solium occupavit. Adeò in ci-
 vices ves erat liberalis; ut projicere, non
 o con- dare beneficia passim diceretur. Quo
 il mi- pacto elogium, Magno olim Alexã-
 Prin- dro à Demosthene datum, fecit suum:
 annis Nihil in fortuna sua majus habuit; quàm
 n me- ut posset: nihil meliùs, quàm ut vellet
 actus bene facere. Et certè, immortalitatē
 ortis, merituro Principi, nullum impendii ge-

Liberulis. Q. Victor. nus

nus est dignius; quam quod in suos ero-
 gatur. Qui liberali spargit opes manu,
 servat. Nullibi pecunia melius quæri-
 tur, quam ubi sæcundissime expenditur.
 Nulla Principū major est felicitas; quam
 alios fecisse felices. Hoc Reges habent
 magnificum & ingens, nulla quod rapiet
 dies, prodesse miseris. Equidem plerūq;
 sunt liberales, sed ex alieno: quod de
 Republica sumunt, privatim largiuntur.
 Philosophicum olim erat axioma: nemo
 dat, quod non habet. Nunc nemo dat,
 quod habet, nisi cum accipit, quod non
 habet. De alieno largus, non de suo. A-
 renti terræ aquam subtrahunt, flumina
 irrigant. Verūm turpis est liberalitas
 de ablatis. Præstat nihil largiri Princi-
 pem, dummodo auferat nihil. Non be-
 nē cedunt in paucorum lucra, multorū
 dispendia. Indignum est, pauperum ca-
 sas everti, ut Principum domus consti-
 antur. Non hujusmodi liberalitatis
 genium habuit Alexander. Gazophi-

laci

lac
 ma
 suo
 plu
 se
 ca
 de
 ab
 op
 me
 ce
 ro
 ru
 qu
 ro
 er
 M
 le
 ex
 qu
 te
 Pa
 fe

lacium suum fecit publicum: nihil se magis habere ratus; quàm quod in suorum manibus deposuisset: & quò plura de proprio ære erogaverat; eò se credidit ditiozem. Quidquid magnifica Regis splendebat in aula, hoc aliis dederat. Non hic divitias, nigrantibus abdidit antris, nec tenebris damnavit opes, sed largior imbre sueverat innumeras hominum ditare catervas. Præcepit illa manus, fluvios superabat Iberos, aurea dona movens. Non ignarus, quòd meliùs est esse multi pretii, quàm possidere multa pretiosa. Nec auro solum, verùm etiam lauro, clarus erat Princeps; Stephanum namq; Moldaviæ Palatinum, primùm ex male occupata Pokutia, deinde è vita expulit, fugavitque. Bogdanum quoq; paterna Stephani fata vindicantem, profligavit. Prædones Scythas Poloniæ-spoliis tumidos, ad ducenta ferè eorum millia ita fortiter cecidit;

ut ne nuntiū quidem cladis reliquerit. Lassus tandem victoriis, quievit anno Domini millesimo quingentesimo sexto, tumultus Vilmæ. Vixit annis 46. regnavit quatuor, & octo mensibus, dignus ut integris regnasset sæculis, sed regni brevitatis pensatur laude perenni: Quod mors eripuit, gloria restituit.

D E C A S V.

I M A G I N U M.

IMAGO SIGISMUNDI I.

Sigismundus I. Casimiri II. ultimus Suardi filius, à Ducali ad Regiam euectus dignitatem, tanto erga Poloniam ferebatur amore; ut Pater Patriæ meruerit appellari. Ante electionem Dux & miles, Polonis contra Tartaros auxiliares tulit suppetias: partaq; de iis laureâ, regium promeruit diadema. Et certè gloriosius nemo regnum, quàm victoriis obtinet. Illi

Prin-

Principi decora est maxime purpura;
 cui plurimum hostili rubet sanguine. Di-
 gnus regalis pomi auro; cui dulce fer-
 rum fuit. In bellis gerendis fortissi-
 mus, æquè ac fortunatissimus erat :
 Basiliū Magnum, Moschorum Imper-
 ratorem, solā nominis & adventus
 sui famā profligavit. Fuerit sanè glo-
 riosum Carolo Magno, venisse, vi-
 disse, & vicisse: gloriosius erat Sigi-
 smundo, quòd non dum venit, aut vi-
 dit, & iam vicit. Sopitum tantisper
 Moschoviticū bellum Michàel Glin-
 scijs Regum favoribus tumidus, vul-
 gata affectati à se Principatus suspi-
 cione, ad Moichum profugus, & Pa-
 triæ rebellis, suscitavit. Ita certè ni-
 mii Regum favores, non rarò cives red-
 dunt ferociores. Ut liberaliore annona
 cicures etiam feræ insolescunt; ita ple-
 riq; largioribus Principum beneficiis ef-
 ferantur. Non rarò inconsulti Regum
 favores, civium odii vapularunt. Mul-

ti sunt, qui pœnam pro munere sumunt. Multi potentiores Regibus ipsis fuerunt, quos nimius favor Regius, nimium fecit potentes. Non raro odium est beneficii consequentia, & merces injuria. Est & supplicii causa fuisse pium. Fruclus obest, peperisse nocet, nocet esse feracem. Quosdam beneficiis offendisse probat ingratitude, quos tibi demeruisse putasti. Quidam dum nimius beneficiis onerantur, ipsimet benefactori graviores non gratiores extiterunt. Scilicet beneficia eò usq̃ læta sunt, dum videntur exolveri posse: at ubi meritum vicere, pro gratia odium redditur. Nihilominus rebellium receptator Molchus, victricibus Sigismundi armis ad quadraginta suorum millia ita fortiter cœsus; ut ipse Borystheneis offuso peremptorum sanguine, ejus cladem erubuerit. Didicit hic suo malo, temerè suscepta sceleratorum patrocinia plurimum patronis suis nocuisse. Partam de

Moschis in Lituania & Moschovia
 victoriam, Seythicæ in Russia, Mol-
 davicæ in Valachia & Podolia, Prus-
 sicæ de Crucigeris in utraq; Prussia
 lauri sunt comitatæ. Pacatis domi fo-
 risq; regni finibus, exorta inter Prin-
 cipes Christianos dissidia, consilio, li-
 teris, & manu composuit. Pullulan-
 tem ad Balthicum litus hæreseos an-
 guem, in ovo suffocavit. Tantum
 fidebat Polonorum virtuti; ut solitus
 fuerit dictitare, in sinu cujusvis Po-
 loni se posse securissimè somnum ce-
 pere. Inter alia memorabile est illud
 Apophtegma: *In bello longè plùs habet
 momenti prudentia; quàm vires consilii
 expertes.* Et illud: *Principum officium
 est, pacis ac belli tempore de annona
 providere.* Nec non illud: *patientia
 & constantia sunt duo maxima, ad bel-
 lum feliciter gerendum præsidia.* Item
 illud: *Urbes in bello sunt tutamenta, in
 pace ornamenta: infelix illa Respublica,*

in qua stant mœnia, ruunt mores. Prin-
ceps hic Cracoviensibus incolis, ut
urbem murò circumdarent; seq; non
solum manibus, sed etiam mœnibus
tuerentur, supplicantibus respondit:
Polonos à campis esse dictos, muros cu-
rare non debere. Hinc forsitan Sar-
maticus cecinit Apollo: Nec Lechus,
neq; Lechicis proles illa fuit nata nepo-
tibus; primus qui docuit suis urbes Sar-
matiae fidere machinis. Campestris be-
nè Sarmatæ, campis bella gerunt. Sub
Jove libero natam militis indolem, fru-
strâ belligero clauditis otio. Arctis op-
pida mœnibus virtutem cohibent, dum
malè fortibus addunt consiliis moram;
Et crescentes hebetant Martis adoras.
In plano generosior campo pugna calet.
Aer ingenuis patet in pugnas aquilis. Quid
juvat angustiis angusta recondere vallis
pectora? quid forti mœnia tuta viro?
linque Polone pigris stata cingere perga-
ma fossis, dextra tibi vallum, mœnia
pe-

ped
 re
 bel
 M
 &
 Po
 no
 dia
 tra
 tus
 ta
 ad
 cat

S
 ni
 tri
 ma
 ap
 riv
 aff

pectus adest. Nudo vince polo, caelis ge-
 re nomen & arma; consona sic inter
 bella Polonus eris. Sub hoc Principe,
 Masoviae Ducatus post fata Joannis
 & Stanislai Ducum Masoviae, Regno
 Poloniae est adjunctus. Demum an-
 norum & gloriae plenus, regni sui
 diadema filio suo Sigismundo Augusto
 tradere maluit, quam relinquere. Na-
 tus annos 82, uno supra quadragin-
 ta rerum positus, Anno Dni 1548.
 ad rectefactorum praemium est evo-
 catus.

IMAGO SIGISMUNDI
 AUGUSTI.

Sigismundus hic Matre, Bona di-
 eta, Joannis Sforciae Neapolita-
 ni Principis filia genitus. a pacata Pa-
 tria, ut ille Octavianus Romanus Ro-
 mae, Augusti nomen sortitus, maternae
 appellationis bonitatem in mores de-
 rivando, in praetexta ad purpuram
 assumptus, decennis scilicet, sexage-

Doctus Q3 Belluena

nario Patri superstiti meruit in thro-
no affidere coronatus. Nullibi augu-
stius hospitatae sunt Musae, quam in
regio Augusti pectore: primum æ-
tatis florem illis dicavit, non in sciens,
quod *literæ sunt nutrices Principum,*
mamillæ Regum, bases regnorum. Sa-
pientia in ignobili est argentum, in nobili
aurum, in Principe gemma. Pulchro li-
gari fœdere gestiunt libri *taræ.* Nec
ad apricum regalis gloriæ evedto di-
splicuit. *Apollinaris umbra Corymbi:*
literis namq; & literarum studiosis,
etiam in provectiori ætate apprime
erat addictus, seq; doctis præbuit Me-
cænatem. Non obfuit tamen litera-
ti Principis studiorum amor, bellico
studio, & militari disciplinæ. *Affines*
sibi sunt Pallas & Bellona, utriq; lauri
& laureæ debentur. Bene etiam in bel-
lo, cum libello: arte sæpius, quam Mar-
te triumphatur. Literatus ergo hic &
armatus Princeps, non minore faci-
lita-

litate & felicitate literarium tractans
 stylum ac gladium, nullibi non vi-
 ctor extitit. Crucigeros ac Moschos
 felici Marte à Polonia repressit: Tur-
 cas & Scythas pari ac olim Pater
 suus ferrò profligavit. Polonicum
 regnum Curlandiæ & Semi-Galliæ
 accessione auxit: firmatam olim Li-
 tvanos inter & Polonos unionem sta-
 bilivit; sacras humanasq; leges olim
 sancitas, sed executionis defectu so-
 pitas resuscitavit. Quidquid demum
 ad Patriæ felicitatem desiderabatur,
 instauravit: ut merito libertatis juri-
 um; comitorumq; Patens & Auctor
 appellaretur. Tot tandem tantisq;
 merito cumulatæ Princeps, relicto
 meliori & ampliori regno, quàm ac-
 ceperat, postquam vixisset annos 52.
 regnasset stante vita Patris annis 18.
 post mortem 24. ultima Jagellonicæ
 Domus coronis, Kny szynii anno D.
 1572. 18. Julii non mortuus est, sed

Author Committio ad

ad beatitudinis coronam invitatus. Vir-
 tuosi namq; Principes, sunt immortales,
 eorumq; virtutes mori nequeunt. Omnia
 mors perimit: fatali mortis ab iclu cun-
 cta cadunt: Virtus nescia sola mori. Non
 totus, mortis, Pompejus clauditur urna:
 non totus Cæsar tristia busta colit. Nec
 totus Macedo gelido sub marmore tor-
 pet; nescit cum volucris tempore fama
 mori. Eximitur virtus fati, mortisq;
 tributo, virtuti ex ipso funere vita ve-
 nit. Illud Romano Augusto inscrip-
 tum, optimè huic nostro convenit:
 Mortuus Augustus magis regnat in cor-
 dibus civium, quàm imperans in solio
 Tiberius.

IMAGO HENRICI
 VALESII.

Nullum antehac Principum tam
 splendido pompæ apparatu, re-
 gale Polonorum solium conscendisse
 testantur annales; quàm Henricum
 Valesium, natione & origine Gallum.

Vir- ut vel inde orbi pateat, Poloniarum regnū
les, parvi pretij non esse; ad quod cum magno
nnia auri & armorum venit apparatus. Coro-
cun- natus est Valeſius à Jacobo Uchańſcio Ar-
Non chi Epifcopo Gneſnenſi, Anno D. 1574.
urnā- vigefimā Februarij, primā die Bachanatio-
Nec rum. Et quamvis Principem naſci caſus eſt,
tor- virtus eſſe. Glorioſus eſt, ſi quis regnum
ama nanciſcatur, & in regem eligatur; quā
rtisq; ſi Rex naſcatur, & in ipſis faſcijs ligetur
ve- faſcibus. Glorioſior Princeps, cui non
ſcri- ſanguis & natura, ſed virtus & libertas
enit: ad ſceptra ſuffragatur. Nuſquam pul-
cor- chrius itur in capitolium; quā ubi per
ſolio præcordia electorum, porta panditur
 triumphalis. Malè imperis, fortuitè in-
 doli committuntur: electio plerumq; vir-
 tuti militat. Succeſſionis jura, etiam peſ-
 ſimos Principes obtrudunt tolerandos:
 electio verò optimum quemq; aut in-
 venit, aut facit. Sæpè nati Principes
 ſolò naturæ privilegiò coronati, invitis
 dominantur: jam verò pulchrius eſt vo-

lentibus imperare. Nihilominus hic Princeps successionem in regnum, liberæ præposuit electioni, maluitq; nativa inter illa, quàm inter scepra degere: quasi non pulchrius esset imperare liberis; quàm naturæ lociq; imperiò præesse coactis. Acceptò namq; Henricus de morte Regis Galliarum Germani sui nunciò, ut in solium succederet, inconsultâ Republicâ à Polonia in Galliam clam noctu secessit Cracoviâ 1574. 18. Junij, post regimen se decim duntaxat septimanarum. Minus tamen prospero delectu, aureis Poloniæ sceptris lilia prætulit Galliarum, ibi namque in ipso imperij sui limine in odia civiù incurrit: qui tinctâ regali sanguine purpurâ Valesium exuerunt; simulq; parricidali ferro vltam Principi ademerunt. Ita sanè raro purpuræ absq; humano sanguine rubuerunt. Tutior certè est in secreto virtus: sæpè magno honore sublimis corruit; qui privatus stetit. Mundi Dominis securius ædum, verus agit pauper. Pleriq; melio-

ri, quàm Reges felicitate, in privata fortuna abundamus. Misera est magni custodia census: alma quies, parvisq; habitat concordia teclis. Magna pericula humi jacentem non subeunt casam. Temnit iratas levis ulva nubes, temnit insanum Boreæ furorem; cum potens cæli Notus eminentes promit ornos. Ast minax astris, nimiumq; cælo culmen, infestis agitatur Huris & repentinis feriuntur aethæ ictibus alni. Magna gloria raro est sine magno periculo. Alliciunt aut provocant fatorum invidiam, magna culmina. Fulmina rusticas ferire dedignantur ædes, sed rutilis propiora cælis, quæ pæne celsas, non humili mitra uicere nubes, sollicito scopi metæq; majoris, superbo alta metant monumenta zelo. Felicius certè hic Princeps rexisset fasces Poloniarum, quàm Galliarum: valeret certè meliùs Valesius ad candorem Polonorum, quàm ad lilia Gallorum: illi enim quàmvis aliquos Regum, quos ipse

proscripsit impietas, privarunt vittâ, nul-
lum tamen spoliârunt vitâ,

IMAGO STEPHANI BATORY.

Legislator. Bellator. Doctus. Pius

Stephanus Batory Transylvaniae Prin-
ceps, primus è sua stirpe regali diade-
mate insignitus, divisis regni Ordini-
bus, alijs scilicet Maximilianum Impera-
torem, alijs Stephanum renuntiantibus, e-
lectus 1575, ab Episcopo Cujaviensi, adha-
rente parti adversæ Uchańscio Gnesnensi
Archi Episcopo est coronatus anno 1576. 10.
Maij. Dissidium Ordinum regni in gene-
ralibus comitijs pacificationis, Andrzej-
viæ est compositum. In primo regni exor-
dio, ne Polonæ gentis libertas in licentia
am degeneraret, legum instauratione effe-
cit. *Polona namq; libertas extlex non est.*
Tum maxime Poloni liberi, cum suis
legibus sunt adstricti. Habet libera gens

Victor.

Polo-

Polonorum suos Numas, & Lycurgor:
 ijs legibus adstringi non recusat, quæ soli
 licentiæ, inuisæ, nihil derogant liber-
 tati. Nemo magis liber est: quàm cui
 intra legum limites, agendi potestas con-
 stringitur. Libertas absq; legibus, licen-
 tia est. Paucas tamen leges Princeps hic
 formaverat: non ignarus, quòd sicuti qui
 non vetat peccare, cum possit, jubet;
 ita sæpè docet, qui nimium vetat. Mul-
 ti nimis inhibendo, ius peccandi dede-
 runt. Multas leges timebunt omnes, sed
 magis ne illas legant, quàm ne transgre-
 diantur. Sinè legibus Respublica stare
 non potest; minùs tamen stabit, si illis o-
 brætur, Decem tantum præcepta Deo
 instituit, quibus non omnes obtemperant:
 nec millenæ leges ab hominibus instituen-
 dæ: nam faciliora erunt hominibus fla-
 gitia, quàm leges. Præcipuè tamen ma-
 gnus hic Polonæ libertatis Arbitrator, libe-
 ræ genti suavi præfuit Imperio: optimè
 gnarus, quòd nihil est liberæ gentis odi-

osius, quàm violentum imperium: libera irgenia spontè sequuntur, si se suaviter duci sentiant: quod si violenter trahantur; fortissimè recalcitrant. Ingenue mentes violentiã non tolerant. Generosiores equi facilius freno, quàm flagello compescuntur. Delicata virgulta violenter si trahantur, & tractentur; citiq; franguntur, quàm flectuntur. Non violentia, æstuosus virium impetus, sed ratio moderatur orbem. Genuina Polonorum vox est: gens libera sumus, nulli servivimus unquam. Tam verò uti libertatis amans erat Princeps, ita licentiæ osor & hostis. Hinc rebellium contumaciam, & seditiosorum insolentiam, quam lenitatè non correxit, severitate castigavit. Mirum tamen apud omnes habuit amorem & timorem. Quippè timor est non crudelitatis, sed majestatis progenies; quæ comitatur reverentia, non tormentorũ suspicio. Moderati rigo ei, conciliant reverentiam, & amores: Ut fateri suo

Prin.

Principi illud cogantur subditi : *Amamus*,
 pariterq; *timemus*, ipse metus te noster
 amat. Et illud: *Difficilis*, *facilis*, *ju-*
cundus, *acerbus* es *idem*. Et certè non
 corrumpit lenitatis gloriam, blanda
 puniendi severitas. Labe pari peccat,
 pariter crudeli: uterq; qui parcit cun-
 ctis & nulli. *Nobilis* iræ est, *citra* irã
 punire reos. *Vibrandus* est interdum
aculeus, non ad infligendum vulnus,
 sed ad aperiendum ulcus. *Innocuum*
vulnus morsq; est si *Regibus* enses gra-
 tia procudit, *tela* ministrat *amor*.
Parcite verberibus, nec quo jubet *alta*
potestas ire, sed *armatas* multum sibi de-
mere vires, & *ferrum* mulcere *togã*:
sic itur *in altum*, *sic* meliùs mixto reve-
rentia fidit *amori*. Nec solùm *cives* a-
more devincibat, *hostes* etiam *ferrò* vin-
cebat, *gloriosissimus* *animorum* & *ar-*
morum *triumphator*. *Bellum* namque
 contra *rebelles* *Gedanenses*, nec non con-
 tra *Basilium* *Moschorum* *Imperatorem*

gessit feliciter. Magis tamen in admirationem Moschica rapiebat mancipia, insolita Principis in hostem clementia, quam victoria: quâ ita modestè est usus; ut etiam ipsis captivis, à tam clemente Principe vinceri placuerit. Hæc est vera clementia; quæ etiam alieno sanguini parcat, tanquam suo. Nulla hostilis sanguinis parsimonia, non ultra virtutem fuit: Laudatissimo cuiq; Duci laudabilius est, cum potuerit perdere, pepercisse; quam cum parcere potuerit, perdidisse. Ad divinitatem propius accedit, qui servat eos, quos perdere potuit. Novum victoriæ genus est, scire parcere. Novum triumphi genus est, victore gladio non ferire, qui eodè perire potuerunt. Ne vero Bellonæ addictior, quam Astrez esset; Sarmaticum Arcopagum, tribunalia regni judicicia, tum primùm in Polonia instituenda, excitavit: causarumque momenta æqua librari lance statuit. Non ignarus, quòd jus & æquitas, imperium

rium reddit diuturnum. Vbi viget ju-
 stitia, marcescunt vitia. Quippe vitijs
 à stirpe recisis, elicit oppressus tene-
 broso carcere leges justitia. Tales verò
 causarum Iudices esse voluit, quos fas &
 æquum in suas traherent partes; non quos
 in diversa pro quantitate munerum inex-
 plebilis propelleret avaritia. Iudex qui
 palpat munera, palmarem præterit
 veritatem. Antiquitas omni luce priva-
 verat Areopagum, non quasi cæca justitia
 odisset lumen, sed ut auri excluderet
 splendorem. Splendor namq; auri etiam
 media de nocte, multorum ludicum per-
 stringit oculum, ne æquum ab iniquo
 discernant. Xenia & dona ludicum ex-
 cæcant oculos. Deorum licet in terris
 vices sortiantur Iudices, non semper ta-
 men triumphat veritas. Multi pro cæ-
 ca justitia, cæcam in ferenda sententia
 admiserunt avaritiam. Avari iudicis
 manus, quoties librat justitiæ lancem;
 præponderat iniquitas. Crudelis tyran-

nis est ludicum avaritia : quæ molliore
 licet auri metallo sæviat incorda homi-
 num, sed nocentiore iclu. Pretiosius ab
 auro infligitur vulnus, sed crudelius :
 quo dum ludicum leditur integritas,
 non raro innocentia & æquitas lethali-
 ter sauciatur. Pleriq; à levi iniquorum
 ludicum calamo gravem mutuuntur ca-
 lamitatem. Corruptorum hujusmodi ani-
 morum pestis ne ludicum afflet mentem,
 hæc præ animo habenda : ludici tam le-
 ve aurum videatur, ut æqui lancem
 non inflectat. Tanta ludici insit veri-
 tas, & severitas; ut per illam nihil in-
 gravetur, per hanc nihil ignoscatur.
 Non aliud sententiæ ludicum debet esse
 pretium; quam bene judicasse, Omnis
 aditus obstruatur gladiò, ut scelesti ad
 ludicum sub tellia confugere nequeant,
 sed sola fugiant scelera. Cunstatores
 Iudices oportet esse, cum judicant de
 salute: quia aliâ sententiâ corrigi potest;
 quæ transacta est de vita, se mutari
 non

non patitur. Ad pœnitendum properat,
 qui cito iudicat. Nec reo, nec aetiori
 utraque præbenda auris. Qui statuit
 aliquid parte inaudita altera; æquum
 licet statuerit, haud æquus erit. Iudex
 debet esse Angelus, qui omni consanguini-
 tate caret. Ut possit de eo dici:
 Iustitiæ cultor, rigidi servator honesti,
 in commune bonus. hic omnigenæ eru-
 ditionis plenus, adeo literis literarumque
 cultoribus erat addictus; ut omnes fere in
 regno suo cuperet esse literatos. In quem
 finem plurimas literarum & pietatis extru-
 xit palæstras: certus pulcherrimum esse
 impendij genus, quod in literarum
 impenditur adminicula. Scholasticam
 iuventutem ad studia excitando, hisce
 sæpius alloquebatur: *Disce latine. Et*
ego te faciam aliquando, Moſci Panie.
 Et quamvis Stephanus majestatem cum le-
 nitate & clementia conjunctam semper
 habuit; semel tamen in comitijs irritatus,
 dextrâ gladij capulum tenens in hæc verba
 pro-

protupisse dicitur: Rex vester sum; non
 fictus neque pius, regnare volo: neq;
 feram, ut mei sitis pedagogi. Nec
 miretur quispiam hunc Principem mitem
 alias & clementem, lacessitum tamen in
 asperiora verba profiliisse: utique magno
 se Iudice quisq; tuetur. Non solum taury
 ferit uncis cornibus hostem; verum e-
 tiam instanti, laesa repugnat ovis. Dul-
 cissimæ & jucundissimæ, & pro corpo-
 ris captu pugnacissimæ sunt apes, &
 aculeos in vulnere relinquunt, Etiam
 minimus capillus à sole tactus umbram
 habet. Injuriam nemo immota mente
 accipit, sed ad sensum ejus perturba-
 tur. Sunt & inermibus inæ columbis,
 sunt Echinis, sunt apibus, sua
 tela parvis, Porro ad prædicta Regis
 verba, Ioannes Zamoyseus libero respon-
 dit ore: Rex ne moveas ferrum, ne
 te Cajum Cæsarem, nos Brutos fera lo-
 quatur posteritas: Electores sumus Re-
 gum, sed detructores Tyrannorum; re-

non gna, sed non impera. Docuit hic Sena-
 tor, quo pacto in curijs procedendum.
 Nec Liberæ genti & sentire quæ velit, &
 quæ sentit, dicere licet. Linguam so-
 lutam consilijs adfer, non tam dicendi
 copiâ, quàm sententiæ libertate. Mo-
 net Plato: In curijs, arcanorum de-
 bent esse mundinæ, nusquam aliâs ve-
 nales. Ut foris loqui est vitium, sic
 in curia tacere est nefas. Ad consiliû
 cum ingrederis, Oratorem indue; cum
 egrederis, Harpocratem. Qui placi-
 turus studeat, interimit veritatem: fa-
 ctus alienæ sententiæ seruus, suæ tur-
 pis vespillo. Curiam ut forum ingre-
 dere, non ut carcerem, in quo lige-
 ris metu, stringaris gratiâ, concatene-
 ris voluptate. Quod prodest, loquere;
 non quod placeat; nisi placeat, quod
 prodest. Atulatio Phalaridis tauros fa-
 bricat, & illusio per simulationem con-
 siliô, authori interitum mundinatur.

S

Cui

Cui vel Regis gratia, vel propria u-
 tilitas est numen; aut silentio thurificat,
 aut mendacium veneratur: verum
 non sine sacrilegio litatur, ubi veritas
 immolatur. Auctus tandem immortal-
 bus factis, absolutissimus Princeps vivere
 desijt Grodnæ 1586. regnavit annis un-
 decim, vixit quinquaginta quatuor. Co-
 pendiosum illi encomium inscripsit Staro-
 volscius: In republica plusquàm Prin-
 cept, in consilio plusquàm Senator, in
 iudicio plusquàm Iuris Consultus, in
 Ecclesia plusquàm Sacerdos, in e-
 xercitu plusquàm Imperator, in tota
 vita sua plusquàm Philosophus.

IMAGO SIGISMUNDI III.

Clemens Victor

Sigismundus III. Ioannis Sveciæ, Got-
 torum, Vandalorumq; Regis Filius
 Matre Catharinâ Jagelloniâ Sigismun-
 di I. Poloniarum Regis filiâ natus, divisit
 in Maximilianum Archi Ducem Austria
 Ru-

Rudolphi Imperatoris fratrem Reipublicæ
 suffragijs, in Regem Poloniae electus, ne
 quidquam pravalente Maximillano. Co-
 ronatus est Cracoviae à Karnkovio Archi-
 Episcopo Gnesnensi, In bellis gerendis
 Princeps erat felicissimus; regiae imprimis
 fortunæ æmulum Maximilianum vicit,
 fugavitq; feliciter, Hunc è fuga ad se
 adductum, suæ majestatis hostem, velu-
 ti hospitem clementissimè excepit, nec non
 liberali veniâ donavit, *Hæc est* (judi-
 cio Lipsij) *prima victoria*, hostes vi-
 ctos non pœnâ mulctare, sed veniâ do-
 nare *Satis est pœnæ victum esse, quæ*
vincere sperabat. Bis vincit, qui victo
hoste de se ipso triumphat, Meretur
veniam victus hostis, cum petit Hæc
est summa victoria, de hoste victo nolle
triumphare. Insuper Princeps hic clemen-
tia plenus, corrivalem suam & honoris
æmulum non ulciscendo, sed tacendo ca-
stigavit: quasi ei dictum illud foret,

Parce queri, melius sic; ulciscere tacendo. Nec solum in Patrio, etiam in hostico nunquam non triumphavit Sigismundus. Sub Chocimo quadringenta Turcarum millia, Tartarorum centum viginti millia, sexaginta millibus ad interfectionem in acie caesis, exili suorum exercitu profugavit. Moschorum Imperium deletis sexaginta eorum millibus, & Duce capto, unam cum Metropoli Moscuam, sibi suamque Republicam subjugavit, filiumque suum Uladislaum Magnum Moschoviae Carum inauguravit. Smolenscum olim imperante suo Avo Sigismundo I. fraude ereptum, armis vindicavit, & Poloniae restituit. Nullum tamen atrociores hostem habuit, quam cognata acie instructum: nihilominus & huic vincendo, par non defuit fortuna. Ericum in Svecia, Carolum in Livonia, Patres suos felici Marte vicit. Gustavum Adolphum Patrem suum in Prussia, ipsa lenitate & indulgentia san-

gvinis superavit. Civili verò bello impe-
 titus, multò gloriosior extitit victor quan-
 do rebellibus primo civibus, tandem sup-
 plicibus veniam dedit: ratus nimirum
 boni Principis esse, etiam malos serva-
 re cives. Nocere malis, etiam pesti-
 mus quisq; potest; prodesse nemo, nisi
 optimus. Ut medicum multa funera,
 ita Principem multa infamant supplicia.
 Quantà pervicacià in perduelles, tan-
 tà clementià in supplices utendum. No-
 verat forsitan hic Princeps, quòd de ho-
 ste victoria, lauro & auro digna; de
 cive trophæum, ruina est, & ignominia.
 Nihil est bello civili perniciosius: in quo
 tam qui cadit, quàm qui cedit, non o-
 mnino pius est. Magis ex actione, quàm
 ex nomine Lepidus Romanus, qui cum
 suo decertans Augusto, domesticam e-
 vertit pacem. Pius pompæ in nomine
 Pompeij fuisset, si funesto exercitu,
 orbem & patriam funeribus non imple-

visset Quamquam & humiles civium
 supplicum preces, ad veniam profuisse
 puto: Eò enim felicius, quò profundiq
 cadit spontè inclinata protervia. Pax
 humiles intacta fovet. minuitq; modestia
 crimen. Illas rebellium credibile est fu-
 ille voces: Nil opus est bello, pacem
 veniamq; rogamus. Parce tuas in nos,
 perdere victor opes. Porrigimus vin-
 ctas, ad tua jura manus. Non deerant
 & allæ in hoc Principe virtutes: Imò o-
 mnes erant, nempè unica virtus coro-
 nam non implet. Cæteris è vulgo ho-
 minibus, singulæ fermè virtutes suffi-
 ciunt; Princeps nisi omnes habeat, pau-
 cas habere censetur. Regnandi tamen
 suavitas & clementia, egit in eo principa-
 tum. Nimirum uti crudelitas etiam in
 unum exercita, omnes armat ad odium,
 ita clementia etiam uni exhibita, singu-
 los stimulat ad amorem. Obsequium
 tigresq; domat, tumidosq; leones.

per

per fulmina tantū novimus in caelo
 magnum regnare Tonantem; imbelli
 tonitru passim leniq; procella contentus
 monuisse Iovis. Iustitia Et amor, va-
 lide sunt Principis arces, nulla tyran-
 norum vis diuturna fuit. Quamvis
 iratum vibret sua spicula vulgus. Spicula
 Rex ulli figere nescit apii. Temnere
 nimirum Regum est, contendere vulgi.
 Non bene regio offusa fulgebit sereno
 caesaries; quoties cruentus e subditorum
 vulnere sumitur, daturq; census. Cru-
 dele regnum mole ruit sua, constat
 paternum. Hinc Lechicus monet Vates:
 Regnet in augustis, residens clementia
 sceptris, rideat Et placido, regia sole
 domus. Alta supercilio ponat reveren-
 tia fulmen, nec faciles oierent livida
 fata manus. Blanda throno, magnisq;
 ruat de fascibus ira, nec rigidur
 quatiat Lechica scepra furor. Gratia
 regna regat, verset clementia sceptrum,

clemens & gratus Principis esto throno.
 Plenus tandem armorum & meritorum
 Princeps, finem vitæ, non gloriæ fecit
 Varisaviæ, anno Domini millesimo sexcen-
 tesimo trigesimo tertio, ætatis sexâgesimo
 sexto, Regni quadragesimo quinto.

IMAGO ULADISLAI IV.

Uladislaus IV. Sigismundi III. filius,
 concordibus omnium suffragijs,
 uno duntaxat ad speciem libertatis
 nonnihil reclamante, in paternum solium
 est evehctus. Vix regio insignitus diade-
 mate, pro purpura loricam, pro corona
 galeam assumere debuit. Brevi enim post
 coronationem cum triplici conflixit ho-
 stis, cum Moscho in Severia, cum Turca
 in Podolia, cum Syeco in Prussia, ubiq;
 & de omnibus victor. Religionis & pi-
 etatis cultor erat acerrimus, noverat culp-
 pæ, quod mutuis auxilijs religionem
 Princeps, religio Principem servat.
 Religione salva, stat floretq; Republica;
 negle-

Salute et Potestate deus.

neglecta & prolapsa. Rempublicam tra-
 hit secum in ruina. Principes debent
 esse quantum ferro, tantum pietate
 potentes. Hinc merito Princeps hic à
 summo Christi in terris Vicario, Septem-
 trionis decus, Religionis & fidei presi-
 dium est appellatus. Iam verò Patriam
 tanto complectebatur amore; ut Pater Pa-
 triæ diceretur. Et quamvis omnium ci-
 vium corda, rara humanitate, singula-
 ri ultra Principum consuetudinem, fa-
 miliaritate habuit sibi devinctissima; illa
 tamen regiâ munificentia singulis ferè
 momenti studuerat devincire, id vni-
 cum se habere ratus, quod in alios effu-
 disse. Et certè non sibi, sed civium
 commodis, nati sunt Principes. Nulla
 Principum major est beatitudo, quam
 alios facere beatos. Hæc est Regum
 felicitas, facere alios felices. Et quàm-
 vis monet Tullius: Ita te alicorum mise-
 rescat; ne alios tui misereat, Ita de

nostro lumine, alteri est accendendum,
 ut nobis luceat; sic egenti est dandum,
 ut egeas; sic donare Princeps debet, ut
 semper possit. Nimiâ namq; liberalita-
 te, Regia liberalitas exhauritur. Ni-
 hilominus Princeps hic, adusq; regiarum
 fortunarum angustias fuit liberalis; & quò
 plura erogaverat; eò se credidit ditio-
 rem Dignus immortalitate Uladissaus, mortuus
 est Mercejij vigesimâ Maij, anno Domini
 millesimo sexcentesimo quadragesimo o-
 ctavo, ætatis quinquagesimo tertio, Re-
 gni decimo quinto.

IMAGO IOANNIS
 CASIMIRI

Joannes Casimirus, Uladissai IV. fra-
 ter, ex tyrocinio Societatis JESU ad
 regale solium, à pulla veste, ad pur-
 puram à Polonis invitatus, illo poterat
 gloriari: à virtute datus, utor honoribq;
 Omnium Principum doctores, in hunc unum

Subacti Animi Nocturno Supe-

Superi collegerunt. Præcipuè tamen Reli-
 gione, pietate, prudentiâ, æquitate, for-
 titudine, & magnanimitate animi ad pro-
 digium insignitus, re ipsa monstravit;
 quòd donec ascenderet thronum, in vir-
 tutum extiterit magisterio. Porrò turbu-
 lentissimo Reipublicæ tempore. Imperij
 clavo adnotus, centuriata in Patriam ma-
 la, infracto animi robore sustinuit, pres-
 sam namq; Svecicis Moscoviticis, Cosatt-
 cis, Hungaricis, Tartaricis, Civilibusq;
 armis Patriam, ab ultimis ferè vindicavit
 rulis. Ita sanè: premunt non oppri-
 munt heroicum pectus calamitates.
*Magnus animus nescit metiri lætæ, ni-
 si ipsis periculis. Virtutem incitat, quid-
 quid infestat. Explorant adversa vi-
 ros, per quæ aspera durò nititur ad
 laudem virtus interrita clivò Decet ma-
 gnanimitas quemlibet mortalium, etiam
 illum, infra quem nihil est. Vires
 pepulit, pondusq; mali; casus animò qui
 tulit*

tulit æquò. Non cessat naufragi virtus.
 Tanto malorum agmine pressus Princeps
 optimus, quidquid ab illo pro luxit vitæ
 tempore, pœna, fuit. Poterat de se di-
 cere identidem: Non mihi grata dies,
 noctes vigilantur amaræ, morsq; minùs
 pœnæ, quàm mora mortis habet. Me-
 lius est enim inter strenua opera semel
 perire, quàm multarum injuriarum pa-
 tientes, vivere. Nonne mori satiùs
 quàm vitæ ferre pudorem. Quinquã
 mortis habet vices, lentè cum trahitur
 vita gementibus. Nihilo minùs ex hac
 malorum congerie, faventibus Superis est
 eluctatus. Scilicet & victus reperit gla-
 diator arenam, & redit in tumidas nau-
 fraga puppis aquas: Vidiq; resurgunt,
 & quos deseruit, melior fortuna revisit.
 Secedenti extra limites Patriæ Calimitro,
 gravem fuisse regiæ fortunæ recordationem
 vel inde colligere licet; quòd in immeri-
 ta calamitate tristissimum est temporum
 exacto-

exactorum felicitas. Et quàmvis non
 raro contudit ingenium patientia longa
 malorum. Hic tamen Princeps fortissi-
 mò animò omnes sustulit calamitates :
 non ignarus quòd tempus & dies mede-
 tur malis, sanitatemq; adfert animis.
 Quod ratio nequit, sepe janavit mora.
 Pleraq; tempore malcentur, & acer-
 bissima quæq; mala dulcescunt morâ.
 Paulatim at oculos iræ languescunt a-
 nimis, & vis mollita senescit. Mora
 dat vires, teneras mora præcoquit uvas.
 Et quia alijs imperare fortune est, si-
 bi suisq; affectibus est virtutis. Pacatis
 undiq; in Patria rebus, ultro regni diade-
 ma abdicavit, anno Domini millesimo sex-
 centesimo sexagesimo octavo. Et
 certè non mitra Regem sola, sed efficit
 regina virtus. Rex est, qui honores
 spernit, & se ipsum regit. Tunc omnia
 jure tenebis, cum poteris Rex esse tui.
 Potestas culminis, tempestas mentis. Pri-

T

vala

vata vita potior publicâ - Plurimi re
 gia felicitate, in privata fortuna abun
 dant. Levatur oneribus, qui privatam
 honoribus. Omne quod supereminet,
 plus mororibus afficitur, quàm hono
 ribus gaudet. Unde Seleucus dicere sole
 bat: Paucis notum esse regium; Et
 neminem qui illud noverit, inventum
 iri, qui diadema Regium humi proje
 ctum tolleret. Princeps hic mortuus est in
 Gallijs, tumultus Cracoviæ, unâ cum
 Rege Michaële.

IMAGO MICHAELIS
 KORYBUTI.

Michael Korybutus Wisniowiec
 cius admirando omnium re
 gnum Ordinum consensu in Regem
 Poloniarum est electus, anno D. 1669. Non
 dia in ejus electione deliberatum: vel so
 lo meruit Princeps ex no nine regnum.
 Cessant nempe longa deliberandi spatia,
 ubi

*Dulcis
 dantur qd parva lingua regnum*

ubi virtus est in confesso. Circumvo-
 litans ipso electionis tempore examen apum,
 futurum Principem melleum portendebat.
 nec aliter respondit rei eventus. Tantæ enim
 clementiæ & suavitatis erat Princeps; ut de-
 licium & amor populi vocaretur. Et certè
 nihil tam deforme est, quàm ad Supre-
 mum Imperium, etiam acerbitatem na-
 turæ adjungere. Nulla major infelicitas,
 quàm imperare alijs, qui propter metum
 parent. Sicut medicinæ apud ægros u-
 sus, etiam apud sanos honor est; ita cle-
 mentiam, quamvis pœnâ digni invocant,
 etiam innocentes colunt. Potentiæ chara-
 cter, formidandum supercilium, & vul-
 tur si stidiosus abominationi est. Nulla re
 magis, vulgarem staturam excedunt
 Principes, quàm humanitate & clemen-
 tia. Celsa potestatis species non voce fe-
 roci; non alto simulata gradu, non impro-
 ba gestu. Hinc benè Plinius monet: Prin-
 cepti maxime timeat, ne timeatur. Et Ta-

citus: Rex sit civium amor, hostium ter-
 ror. Et Claudiang monuit suum Principem
 Sis pius imprimis, nam cum vincamur
 in omni mure, sola Deos aequat cle-
 mentia nobis. Sub hoc ivavi & melleo Prin-
 cipe, mellea forent tempora; nisi illa fellea
 effecisset fatorum inclementia: quibus et illi
 Leopoli Anno 1671. II. 9bris, illâ ipsâ die,
 scilicet D. Martino Episcopo sacrâ quâ e-
 xercitus Regni, & M. D. L. caelis ad Cho-
 clum 30. Turcarum milibus, insignem de
 barbaris victoriam reportavit Regnavit an-
 nis 4. O si totidem regnâset saeculis. Illud
 tantum malum est in bonis Principibus
 quod nunquam satis suis vivunt. Vixit
 annis 30. satis breviter. nihilominus ille lo-
 gum vixit, æternum sibi qui merendo ve-
 dicat ævum. Quem sui repleti genuerunt
 cives, hic diu vixit. Nullus namq; Polo-
 norum fuerat; qui hunc optimum Principem
 non ploraret. Et certè si è modo & ter-
 mino debet esse is dolor; quo maximis &
 opti-

optimis Principibus parentatur. Magnarum mentium cladem, vix perennia lacrymarum eluunt diluvia. Sicuti magnae moles non imparem ruinam, ita magnae mentes ab obitu suo parem trahunt luctum. Sola deplorandis magnorum Heroum fati sufficit aeternitas.

IMAGO JOANNIS III.

Joannes hoc numero III. ex antiqua, & in Regno Poloniae clarissima togâ sagor. Sobiescorum Familiâ oriendus, à galea ad coronam, à lorica ad purpuram, à clava & Scipione ad Sceptrum est assumptus. Agens namq; Generalissimi Exercitus Regni Ductorem; & Marschalcum, omnium Ordinum consensu Rex Poloniae est renunciatus, Varaviae 1674. 21. Maij. Coronatus Cracoviae à Primate Regni Andrea Olszowio Archi Episcopo Gnesnensi 1667. 2. Februarij. Princeps hic Marte ferox, & vinci nescius armis, non solum liberis civium suffragijs, sed etiam redempta

T

sto

Etorum conscientia candidatus, per strages
 & tumulos hostium, per purpuratos Tauri-
 cano sanguine ascensus, instrato victricibus
 laureis calle pervenit ad solium. Maximus
 unus dignus, qui Patrie personam sume-
 ret unus. Et certe nemo dignior censetur
 Sceptris; quam qui devoto pro Republica
 capite coronam licitatur. Nemo glorio-
 sius acquirit regnum; quam qui illud vi-
 ctorijs illustravit. Nemo dignius regalem
 assumit purpuram; quam qui prius ho-
 stili sanguine est purpuratus. Digna sce-
 ptro manus, quae salutem publicam gla-
 dio asseruit. Dignum regali diademate
 caput; quod sub galea desudavit. Dignus
 coronario auro vertex, qui martiali o-
 nustus ferro, laureis cingebatur. Minus
 supremæ sentit onus mitræ, duræ pro-
 probatus pondere cassidis. Non paucos
 Regum vel fors nascendi, vel fortuna favor,
 in regali collosavit throno; Ioannem verò
 virtus & merita promovetunt ad solium: ut

de illo cecinit Pòeta: Regna alijs Lucina
tulit, vel munere cæcus error, & abre-
pti studijs pugnacibus æstur: tu solum
virtute paras; tibi debita merces. Quippè
comes virtutis honos; & militat omni e-
merito fortuna sago. Et certè officij cel-
situdo, sinè meritorum sublimitate nihil
est, nisi honoris titulus sinè honore. Glo-
riosius est honorem mereri, quàm obtine-
re. Mereri non nisi optimis contingit, ob-
tinere etiam pessimis. Ex condigno cedit
ei dignitas; quia nihil aut parùm suffra-
gij, plurimùm debet virtuti & meritis.
Indecorus honor, qui precatio aut sorte
obigit, non virtutum & meritorum i m-
pèdiò. Clariùs virtutum inter umbras re-
lucet honor. Omnes Honorij debent esse
tales, ut quod olim de Stilicone dictum, de
se dici audiant: Querantur ut omnes, Im-
perium tibi serò dari. Princeps hic augu-
sti corporis majestate, & absoluta pruden-
tiæ amplitudine, bellandi ac regnandi arti-
bus

bus, atq; rerum gestarum gloriam nulli Regum post Reges natos secundus, dignus ut non uni Poloniarum Regno, sed orbis universi præfesset imperio. Egregium semper Patriæ caput, ille Sen. tui vindex, ille fori, legum, rituumq; togæq; Turcarum, Colacorum, Tartarorumq; fulcrum erat. Bis Orientem castris exiit: semel ad Chocimum, alterâ vice ad Viennam: gladiumq; per omnes exegit gentes: victor in omni cursu signatulus. Nec solum proprios victricibus armis tuebatur limites, etiam alienas provincias triumphali ferro defendebat. Nam sua retinere, privatæ domus, de alienis certa est, regia laus est. Inglorium est, sua duntaxat generose tueri, & aliena damna intueri: generosum pectus etiam aliena torquet injuria. Ingeniis gloriæ auctoramentum est, pugnare pro alijs, cum pro te non habeas opus. Fortunam & virtutem extendere oportet, non claudere. Famam extendere factis, hoc virtutis opus

opus. Hic gloriosissimus Ioannes, Leopoldum II. Imperatorem auxiliariis iuvit copiis, & Viennam Austriacam obsidione hostium liberavit. Illic toto descendit ense in jugulum Scythiae. In se curula arma, virosq; gerebat. Ibi factus S. belli Generalissimus, caesis Turcarum & Tatarorum 3000. plurimis fugatis, Salvatoris nomen obtinuit. Targere difficile est, quae Martius egerit illic, fortissime Ioannes paucis absolvam: *Victoria seipsum auspicijs, meos facta tuis. Fugatis in bello secutis coeussit, vicit, redijt.* Caterum recensendis huius Principis virtutibus omnes Mathematici, describendis ejus laudibus omnes Historici, depradicandis meritis nec integra cum Oratoribus saecula sufficient. Illud tamen non omitem, quod in Chacinensi bello Serenissimus hic Praecursor, sub terrea olim casside, antequam aurea coronaretur cydari, prodromo ad pugnam passu, stricto praevit mucrone. Docuit hoc pacto: tum potissimum

tissimum triumphare Exercitum, quando ipse belli Imperator non solum pugnae spectator, sed etiam socius est, simulque commilito. Quod jubeas vide, primus exemplum. Dextras minores accendunt exempla Ducum. Tunc tenet fortis equus reserato carcere currit, cum quos praetereat, quosque sequatur, habet. Cuius in bello successuum, Ducis exemplum, anima est. Nec illud reticere fas est, quod supra naturam erat humanissimus, ultra Principum consuetudinem familiarissimus. Illius certe propria erat virtus, quam suo Trajano adscripsit Plinius: Perinde summis atque infimis charus, tantam concordiam gloriamque non crementque contigisti; ut nihil veritatis hilaritate, nihil gravitati humanitate detraheretur. Haeret lateri tuo, qui quis accessit frenusque sermoni tuus cuique pudor, non tua superbia fecit. Sunt, qui cum induunt purpuram, exiunt humanitatem, erubescunt familiaritatem: Et cum incipiunt

unt esse Principes, desinunt esse homines.
 Sunt, qui dignitati suae detrahi putant; ni-
 si in palatii sacrario, tanquam occultū
 Nomen secreta veneratione consulantur.
 Sunt, qui auctoritatem ab ambitione non
 discernunt. Ipsum Domini vocabulum
 satis invidiosū, nisi familiaritate aliqua
 mitigetur. Multi conscenso solio, cælum
 se conscendisse putant, & veluti numera
 à longè adorari volunt. Gratiissimo verò
 Ioanni, quo non surrexit major Princeps, æ-
 què ante, ac in sollo eadè m fuit humanitas,
 clementia, affabilitas, facilisq; accessus. Hinc
 meritò quispiam illud ei inscripsit encomiū:
 Deliciae orbis, & urbis, civiū amor, hosti-
 um terror, fulmen Orientis, invidia se-
 culorum, exemplar Regum, Ioannes, id
 est Sarmatiae gratia, numero tertius, sed
 regnandi & bellandi arte nulli secundus.
 Hic ergo tantusq; Princeps post immortalia
 facinora, illo die, scilicet SS. Trinitati sa-
 cro, quo olim solium conscenderat, Villa-
 novæ

noviæ propè Varsavia 17. Iunii, anno 1696.
 Regni sui 21. mortalis esse desijt. Si tamen
 quis credet eum fuisse mortalem, qui nihil
 in vita gessi quod non saperet in mortali-
 tate. Non ita tamen mortuus est glorio-
 sissimus Princeps; ut etiam post fata super-
 stes non vivat in cordibus posterorum. Ne-
 sciunt post fata extingui illustres animæ,
 etiam inter tenebras mortuales diem fe-
 runt. Succutiant cætera, cladibusq; in-
 volvant parvæ, unica despectat virtus,
 & fama sepulchrum. Vivet, & à nullo
 tenebris damnabitur ævo. Qui pulchra
 patrat, nescit atræ mortis iter, trepidûq;
 funus. Illud post fata Principis hujus de-
 clamari poterat: *Vtinam vel nunquam
 natus fuisses, vel nunquam morereris.*
 Magna tamen solatia Lethi inde feret;
 quod te populiq; Patresq; ingemuere mo-
 ri. His citius Lacrymæ deerunt, quàm
 causa dolendi.

IMAGO AUGUSTI II.

Augustus II. Sacri Romani Imperii
 Elector, Hereditarius Saxoniae Prin-
 cept, post Hungaricam Tauricamq;
 lauream, ad auream Sarmatici Regni Coro-
 nam assumptus, & in Regem Poloniarum
 anno millesimo sexcentesimo nonagesimo
 septimo, die vigesima septimâ Junij electus,
 à Stanislao Dabscio Episcopo Cujavtensi de-
 cimâ quintâ Septembris Cracoviae coro-
 natus. Princeps hic *dives Avio Atavisq;*,
suo de sanguine ducit progeniem admo-
tam Superis, caeloq; locatam. Vtustis-
 sima hujus Regnantis Familla, retroactis
 clara saeculis, in sex Romanis Imperato-
 ribus, scilicet in Ottone primo, in secun-
 do, & in tertio, (qui Boleslao primo Po-
 loniarum Regi regale contulit diadema)
 in Henrico primo & secundo, in Sancto-
 rum numerum relato, in Lothario secundo,
 ad omnem fulget immortalitatem. Verû n
 sopitos non movendo cineres, & quidquid

V

seca-

Magnanimus Generosus

*secula prisca te; nec ampla Saxonicae
 Domus recensendo decora, quibus pleni
 aneles, & conscia veri famæ canit, totū
 priem vulgata per orbem. Quod attinet
 Personam Regiam; Rex est gratulo vultu
 conspicuus, ingenii solert, & consiliorum ma-
 turitate, amorum peritiā, & invicta animi
 fortitudine præstantissimus. Ad belli opera,
 quorum fortuna per orbem signi de lit-
 à teneris vitæ annis est innutritus. Ejus illud
 est elogium, quod suo Cæsari Florentiaus
 inscripsit Vates: *Replasti per scula puer,
 Thracumq; recentes exuvie tibi lulis e-
 rant. In te mentis ardua semper à puero,
 tenerisq; etiam fulgebat in annis. Pri-
 moria tanta, vix præci meruere senes.*
 Ad Rhenum, & in Brabantia gloriosissimè
 militavit: Magnantiam vindicavit; in Hun-
 garicobello sic ille Ducis summò præfuit
 Imperiò; ut Sultanus se ipso jam minor, è
 campis Hungariæ profugus, ingentes ani-
 mos, & vincendi fiduciam auerit; Pan-
 nonia*

nonia verò amissam planè receperit securi-
 tatem. Catholicam amplius fidem, rarò in
 Saxonia exemplò Orthodoxam nobilitavit
 Religionem. Tertio regni sui annò sine ar-
 morum strepitu, solâ nominis sui famâ ita
 otum exterruit Orientem; ut ad expectata
 longo tempore universalis pacis foedera, &
 restitutionem Kamenei inclinaret. Scilicet
 magnorum bellatorum nomina, sunt
 ipso pænè timenda sono. Validior est qui-
 busvis machinis, præconcepta opinio. Et
 quàmvis rarus est, quem aurisacra famet,
 & opum studiosa cupidò non torquent.
 Sunt, qui licet congerie auri saginantur,
 non tamen satiantur. Sunt, quorum do-
 mestica limina aureus alluit Pactolus, &
 tamen magna torquentur siti. Crescunt
 & opes, & opum furiosa cupido. Cre-
 scientem sequitur rura pecuniam, ma-
 jorq; famet. Non implent cupientes e-
 omnia mentes, quidquid fodit Iber, quid-
 quid Togus extulit auri. Nihilominus

procul est hæc labes à Principe nostro: Di-
 sperdit cum sole manus. Non sua privati
 crescunt æraria damnis, nihil negat, &
 sese vel non poscentibus offert: Inquiens:
 Ante oculos interq; manus, sunt omnia
 vestra. Ne tempore perde precando,
 quod petis, omne feres. Si quid fert im-
 petus; opta; cuncta dabo. Et certè dulce
 est Imperium, ubi potius munificentia
 Principis, quàm ipse Princeps imperat.
 Regium est accipere parva, largiri ma-
 gna. Fœs aurea beneficiorum semente,
 gloriæ seges pullulat immortalis. Torpet
 virtus, si aureis non excitatur calcari-
 bus. Scilicet egregios invitant præmia moris.
 Non satis est Principi, subditos ad bene a-
 gendum exemplis provocare, nisi provo-
 cet & præmijs. Hinc liberalissimus Prin-
 ceptus indecora detestando lucra, & inglo-
 rios pro honoribus proventus, vacantes di-
 gnitatum curules non auri, sed virtutis &
 meritorum pretiò æstimatas, gratis dispen-
 sat.

sat. In bene promeritos viduos parti-
 tur honores, nec prece, nec pretio mo-
 tus. Et certè venalis animi Princeps est,
 si omnia habet venalia: gratius est do-
 num, quod gratis offertur. Beneficij
 nomen amittit, quod prece vel pre-
 tio acquiritur. Carò emitur, quod
 precibus emitur: carò quoq; venditur,
 quod precibus venditur. Nam grati
 largitur, quisquis erogat inrogantem.
 Pulcherrimum est Regiæ dignitatis e-
 logium, bene meritos munerari, sine
 spei tormento, sine petitionis Mar-
 tyrio. Optimorum Principum est, præ-
 venire Civium preces, anteverire de-
 sideria. Gratia quæ properat, præ-
 grata est gratia: gratia quæ tardit,
 nomen inane gerit. Sol non exspe-
 ctat mortalium preces ut oriatur, ul-
 trò se etiam non cogitantium oculis
 infundit. Odisse potest gratiam, qui
 diu exspectavit. Divinum aliquid sa-

ant, qui non petentibus occurrunt.
Non liberalitatis, sed tenacitatis indi-
cium est, diu librata offerre beneficia.

Non memoro reliquas hujus Princi-
pis virtutes, digniori calamo recensenden-
das: *Annales veterum*, Princeps tua
fata loquentur: inscribet tibi posteri-
tas, quæcumq; mereris. Quæ hic sub-
ticiui, fient ista palam, cupient & in a-
etna referri: prisca recensitis, voluent
hæc secula fastis.



SERIES


SERIES PRINCIPUM
REGUM POLONIÆ

1. Lechus I.	fol. 1.
2. Visimirus.	7.
3. Palatini duodecim.	12.
4. Cracus.	13.
5. Lechus II.	21.
6. Venda.	22.
7. Premislaus seu Lesco I.	27.
8. Lesco fraudulentus.	32.
9. Lesco II.	35.
10. Lesco III.	39.
11. Popielus I.	42.
12. Popielus II.	46.
13. Piastus.	50.
14. Zemovitus.	54.
15. Lesco IV.	58.
16. Zemomislus.	62.
17. Miecislus I.	65.
18. Boleslaus Chrobri I. R.	69.
19. Miecislus II.	77.
20. Casimirus I.	81.


21. Boleslaus aud. x.	88.
22. Vladislaus I. Hermannus.	92.
23. Boleslaus Krivoufius.	97.
24. Vladislaus II.	104.
25. Boleslaus Crispus.	111.
26. Miecislavus senex.	116.
27. Casimirus Justus.	122.
28. Lesco albus.	128.
29. Boleslaus pudicus.	132.
30. Lesco niger.	136.
31. Premislaus II.	140.
32. Venceslaus Bohemus.	144.
33. Vladislaus Locticus.	148.
34. Casimirus Magnus.	152.
35. Ludovicus Hungarus.	156.
36. Vladislaus Jagello.	159.
37. Vladislaus III.	163.
38. Casimirus II.	168.
39. Joannes Albertus.	171.
40. Alexander I.	176.
41. Sigismundus I.	179.
42. Sigismundus Augustus.	183.


43.	Henricus Valefius.	186
44.	Stephanus Batory.	191.
45.	Sigmundus III.	201.
46.	Vladislaus IV.	207.
47.	Joannes Casimirus	209.
48.	Michaël Korybut	212.
49.	Joannes III.	216.
50.	Augustus II.	224.

Principes subditis suis imperant:
 ratio status et aera Principibus. Prin-
 cipes circumveniri possunt: ratio
 status nunquam. *Arnodus.*



	Reges sunt pueri	13
21	Humor inane	57
22	Libe - - - - -	59
23	Benefici - - - - -	60
24	Conscientia - - - - -	44
25	Religio - - - - -	67
26	Religio - - - - -	67
27	Religio - - - - -	67
28	Religio - - - - -	67
29	Religio - - - - -	67
30	Religio - - - - -	67
31	Religio - - - - -	67
32	Religio - - - - -	67
33	Religio - - - - -	67
34	Religio - - - - -	67
35	Religio - - - - -	67
36	Religio - - - - -	67
37	Religio - - - - -	67
38	Religio - - - - -	67
39	Religio - - - - -	67
40	Religio - - - - -	67
41	Religio - - - - -	67
42	Religio - - - - -	67
43	Religio - - - - -	67
44	Religio - - - - -	67
45	Religio - - - - -	67





Biblioteka Jagiellońska



stdr0025782

